**Synopsis nosologiae methodicae, continens genera morborum praecipua definita, additis speciebus cum harum ex Sauvagesio synonimis ... / Auctore Guilielmo Cullen.**

**Contributors**

Cullen, William, 1710-1790.
Frank, Johann Peter, 1745-1821.
Boissier de la Croix de Sauvages, François, 1706-1767.

**Publication/Creation**

Ticini : Sumptib. Balthassaris Comini, 1790.

**Persistent URL**

https://wellcomecollection.org/works/h9k29c9j

**License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

wellcome collection

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

19254/B

Vol. 2.

Fr. 5.

prezzo

# SYNOPSIS
# NOSOLOGIAE METHODICAE,

CONTINENS

GENERA MORBORUM PRAECIPUA DEFINITA,
ADDITIS SPECIEBUS CUM HARUM
EX SAUVAGESIO SYNONYMIS

*AUCTORE*

GUILIELMO CULLEN,

MED. D. ET IN ACAD. EDINBURGENSI MED. PRACT. PROF.
MEDIC. REG. APUD SCOTOS PRIMARIO, ET COLL.
REG. MED. EDINB. SOCIO;
NEC NON SOCIETATUM REG. LONDIN. REG. EDINB.
PHILOSOPH. PHILADELPH. MED. REG. PARIS. MED.
HAUNIENS. ET REG. MED. EDINB. SODALI.

---

EDITIO SECUNDA TICINENSIS
IUXTA POSTREMAM EDINBURGENSEM
*Caeteris et auctiorem, et emendatiorem.*

---

*Recudi curavit et praefatus est*

JOANNES PETRUS FRANK

M. D. ET IN REG. TICINENSI ACADEMIA
MED. PRACT. PROF. &c.

---

TICINI MDCCXC.

*Sumptib.* BALTHASSARIS COMINI *Bibliop. Pap.*
*Rei literariae Censoribus permittentibus.*

WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

# AUDITORIBUS SUIS
# JOANNES PETRUS FRANK
## S. P. D.

Cum quartam hanc *Nosologiae methodicae* editionem curaret celeberrimus CULLEN, eidem tum SAUVAGESII, LINNAEI, tum VOGELII, SAGARI et MACBRIDII systemata, qualia in plurimorum manibus jam erant, praemittere voluit, atque haec singula, prima hujus operis parte circumscripta, recudi curavit: proprium vero laborem, in secundum Volumen congessit et in multis locis ita mutavit et auxit, ut priori longe perfectior redderetur et discentium usui multo accommodatior.

Sed difficultas ab hinc nata est, ut qui lectores hanc ipsam laboris partem sibi propriam reddere cupiebant, his et primum Volumen, quamvis novi nihil contineret et jamjam a pluribus possideretur, esset comparandum.

Hanc igitur correctiorem denuo CULLENII *Nosologiam*, cujus novissima editio apud nos adhucdum ignota, vel saltem rarissima esset

non absque magna utilitate communiorem reddi posse cogitavi, si sola ejusdem pars secunda, ut Auctori nostro propria, praefixa tamen caeterorum systematum generali tabella, uti fere a Tissoto factum est *, tum *Italiae* Medicis quibuscumque, tum praecipue Vobis Auditoribus optimis, pro minori longe pretio et maturius offerretur.

Novistis caeterum, o boni, quae mihi de laboribus ejusmodi *Nosologicis* sit opinio. Quamvis scilicet eò nos pervenisse necdum credam, ut, deficiente materialium copia, in erigendo morborum systemate versari queamus feliciter; multum tamen lucri pro recta morborum distinctione, ex ejusmodi, incompletis licet, lucubrationibus expectandum esse puto, quibus morborum, tum alienis, tum propriis oculis conspectorum, fideles imagines pinguntur, atque singula tali disponuntur ordine, ut quivis, si novum morbum a se visum opinetur, mox ejusdem, quasi in speculo, faciem cum illis comparare, atque si similem hujus ambitum detexerit, mox locum invenire queat, ubi plenius descriptum notatumque posteris hostem attentius possit studere.

Scientiam quidem immediate vix augent systemata *Nosologica*; sed longe faciliorem reddunt; indicem morborum adcuratiorem et practicis Medicis pernecessarium sistunt; in praecipua aut characteristica symptomata attentiores hos reddunt; paucissimis paginis saeculorum labores

* Ad Cl. Vogelii opus de cognosc. & cur. corp. hum. aff.

bores certo ordine collocatos complectuntur; nomina certa rebus certis impertiuntur; linguam medicam, a polo ad polum, diversissimis gentibus intelligibilem, constituunt: a cujus tam longo neglectu et confusione vere *babylonica*, magna inter laborantes exorta est discordia, et vocum magna obscuritas.

Doleo vero, me, in ipso operis limine, CULLENIO vix posse consentire et in eo injustum fere antiquitatis Censorem invenire. Est certe in rebus medicis, quod in humanis aliis quotidie evenire videmus: panem cultro dividimus, comedimus bene tostum: nec primo cerealium satori, nec illi qui primus ferrum audaci manu e matris terrae visceribus nostros in usus durissimo partu extraxit, elaboravit, benedicimus! felicior sit apud posteros, uti spero, CULLENII memoria! sed sermonem tanti Viri aliqua ingratitudinis nota carere non credam. Quod si locus hic esset, veterum medicorum, recentiorumque in artem merita ponderare et aequa bilance inter se comparare: facilis labor esse videretur, demonstrare, *infantem adhuc medicinam*, pro prima corporis sui nascentis constitutione, longe majora promisisse incrementa, quam in *adulta* nunc scientia conspicimus. Verum est, in definitione morborum scholastica parum sudaverunt primi artis nostrae parentes; sed qui *pictores* fuisse negat quamplurimis hodiernis meliores, fideliores; vereor ne hic fallacissimam tueatur opinionem. Certe SYDENHAMUS non aliter medicinae hodiernae *Restaurator* audit, quam quod *Hippocraticam*, tum observandi, tum de-

 scri-

scribendi methodum, per plurium seculorum intervalla derelictam denuo introduxerit: et tantum abest, ut in his *Nosologorum*, quotquot sunt, tentamina, primorum Medicinae parentum laboribus palmam praeripuerint, ut saepius fateri debeant consummati in arte Viri, subtiliorem nimis morborum anatomen, artis nostrae incremento non parum obfuisse, et pro magna felicitate habendum esse, quod ipsa *natura*, veteribus fidelior, et in ipsum genus humanum, viris doctissimis, longe benignior, magnam systematum recentiorum partem, morborumque innumeras species, *pro suis necdum agnoverit*.

Sunt certe morbi, qui definitiones exactiores non admittunt; sed longiori sermone describi volunt, et, ut rectius dignoscantur, quoad singula sua symptomata in collectione et ab aliis non divulsa, veniunt considerandi. Solo hic *febris in genere* utar exemplo, cujus nullus adhucdum *Nosologus* naturam rite et exacte satis definire potuit: forte quod haec ipsa morborum saepius symptoma, quam morbum sistat: cum interim descriptiones veterum, minus anxie verbis quam rebus inhaerentes, de praesentia febris, quam sibi delineandam adsumpserunt, dubium vix unquam relinquant.

Quidquid autem tum in his, tum in ipsis morborum generibus ordinandis peccatum fuerit vel ab aliis, vel ab ipso forte CULLENIO (viro tamen, ob quadraginta annos ad aegrotantium lectos gloriose impensos, et in totius scientiae medicae ambitu adaugendo feliciter transactos, ad hos labores prae aliis omnino disposito)

cer-

certum nihilominus est, ad morborum sinceram promptamque diagnosin nihil magis conferre, quam Characterum, cuivis inter illos essentialium, et affinitatum, quibus ad eandem familiam pertinere docentur, succinctam expositionem: a qua, si aliquanto nimis adhuc distemus, fatendum tamen est, perfectionem in eundo, non sine vacillatione gressuum posse attingi.

Filum igitur hunc ariadneum ambabus manibus arripite, Auditores; non quod ipsam sic scientiam pugno tenere confidatis; sed ut, in morborum vastissimo labyrintho, conductorem sequamini; faciem cognitarum aegritudinum et vobis perspectam reddatis; ad lectulos aegrotorum, si penicillus alienus morbum infelicius expressisse videatur, propria demum manu circuitus ambitumque imaginis corrigatis; colorem hinc, illincque umbras vobis visas, collocetis, et ordinem tandem magis naturalem in morborum dispositione inveniatis. Quod si et nobis datum non fuerit invenire *quid sit*; — saltem *quid non sit*, quod certe in rebus medicis quamplurimum est, detegemus. Voluissem utique et ex meis aliquid hinc inde huic operi adjicere, quae, mihi, vel non ubique cum CULLENIO consentienti, vel de rebus ipsi dubiis per proprias experientias convicto, necessaria satis poterant videri; ast vero otium ad hosce labores necessarium mihi deest: ut in propriis potius praelectionibus practicis, et ad aegrotorum lectulos, haec mihi assumam supplenda. Vos interim, Commilitones, CULLENII opere egregio utamini feliciter.

Dabam Ticini Reg. die 1. Julii 1786.

| SAUVAGES 1731. | LINNAEUS 1763. |
| --- | --- |
| 1 Vitia. | 1 Exanthematici. |
| 2 Febres. | 2 Critici. |
| 3 Phlegmasiae. | 3 Phlogistici. |
| 4 Spasmi. | 4 Dolorosi. |
| 5 Anhelationes. | 5 Mentales. |
| 6 Debilitates. | 6 Quietales. |
| 7 Dolores. | 7 Motorii. |
| 8 Vesaniae. | 8 Suppressorii. |
| 9 Fluxus. | 9 Evacuatorii. |
| 10 Cachexiae. | 10 Deformes interni. |
| | 11 Vitia externa. |
| Genera 315 | Genera 325 |

## VOGEL 1764.

1 Febres.

2 Profluvia.

3 Epiſcheſes.

4 Dolores.

5 Spasmi.

6 Adynamiae.

7 Hyperaesthiſes.

8 Cachexiae.

9 Paranoiae.

Vitia. Cutanei.

Deformitates.

Genera 560

## MACBRID 1771.

I. Morbi universales,
1 Febres.
2 Inflammationes.
3 Profluvia.
4 Dolores.
5 Spasmi.
6 Debilitates & privationes.
7 Anhelationes.
8 Mentis morbi.
9 Cachexiae ſive morbi humorales.

II. Morbi topici.
1 Morbi ſingulorum sensuum internorum.
2 Morbi ſingulorum sensuum externorum.
3 Morbi ſingulorum appetituum.
4 Morbi ſingularum secretionum vel excretionum.
5 Morbi ſingulorum motus organorum,
6 Morbi externi ſive superficiarii:
7 Morbi partium organicarum, loco suo motarum.
8 Solutiones continuitatis & deſtructio contextus.

III. Morbi sexuales.
1 Morbi generales, maribus propriis.
2 Morbi topici, maribus proprii.
3 Morbi generales, faeminis proprii.
4 Morbi topici, faeminis proprii.

IV. Morbi infantiles.
1 Morbi generales, infantibus proprii
2 Morbi topici, infantibus proprii.

Ordines 23.
Genera 180.

| SAGAR 1776. | VITET 1778. |
|---|---|
| 1 Vitia. | 1 Febres. |
| 2 Plagae. | 2 Inflammationes. |
| 3 Cachexiae. | 3 Dolores. |
| 4 Dolores. | 4 Morbi convulsivi. |
| 5 Fluxus. | 5 Morbi mentis. |
| 6 Suppressiones. | 6 Debilitates. |
| 7 Spasmi. | 7 Evacuationes. |
| 8 Anhelationes. | 8 Errores loci partium organicarnm. |
| 9 Debilitates. | 9 Morbi ex materiebus retentis. |
| 10 Exanthemata. | |
| 11 Phlegmasiae. | |
| 12 Febres. | Ordines 48. |
| 13 Vesaniae. | |
| Genera 351. | Genera 478 |
| Species 2500. | Species 1547- |

# PROLEGOMENA.

RES est inter medicos satis nota, morbos quosdam natura sive causa proxima diversos, externa tamen facie, sive symptomatis, adeo similes esse, ut alii ab aliis difficillime internoscantur. Cum autem morbi natura diversi remedia diversa, quandoque etiam contraria, postulent, summi est momenti ut medicinam facientes morbum quemque, a quovis alio, certo dignoscant.

DUM medici vero, in ipso artis usu versati, de morbis distinguendis saepe incerti sint, merito queruntur, in scriptis de re medica, non semper inveniri quae hanc ambiguitatem solvere valeant. Saepe quidem observatum est, descriptiones, sive historias, quas vocant, morborum, in scriptis medicorum reperiundas, plerumque mancas et imperfectas esse; et nemo est, ut opinor, qui non facile agnoscat, historias morborum pleniores, magis exactas, et characteribus melius distinctas, quam quas adhuc habuimus, desideratas esse.

PUTARUNT quidem multi, medicos veteres Graecos et Romanos, in observandis et notandis morborum phaenomenis, diligentes et solertes fuisse, atque in horum scriptis historias morborum complures quae nobis utiles esse possint extare. Mihi vero videtur vel ineptam et super-

per-

perstitiosam antiquitatis venerationem, vel quandam eruditionis ostentationem, scriptis medicorum veterum in hac re aestimationem nimiam conciliasse. Minime quidem dissimulandum, in scriptis illis quaedam quae morborum characteres vere delineant subinde reperiri. Quae autem ejusmodi ibi occurrunt, quantumcunque a recentioribus aestimata, parum profecto nos docuissent, et attentionem nostram penitus fortassis effugissent, nisi res eaedem nobis ex propria observatione prius innotuissent. Revera, neoterici libros veterum raro, ad primam rerum notitiam comparandam, evolvunt, sed plerumque, ut propria tantum inventa et observationes horum autoritate suffulciant, perscrutantur. Mihi quidem persuasum est, vel historias morborum plerasque, quae in scriptis veterum jam inveniuntur, ad morbos regionis a nostra plurimum diversae pertinere, ideoque nobis parum utiles esse; vel scripta eorum adeo mutilata et corrupta ad nos pervenisse, ut ad usus nostros parum conferre queant. Fatendum saltem, notitiam morborum ex scriptis veterum hauriendam multo minorem esse, quam qua opus est ad illam, de qua diximus, ambiguitatem eximendam.

Nec nisi sero admodum et lente ad hanc rem expediendam progressi sunt recentiores. Seculo enim decimo sexto, Galeni sequaces, in instauranda veterum doctrina, tanta cum laude versati, in horum scriptis explicandis et illustrandis fere solum occupati; parum omnino ad emendandam vel amplificandam morborum historiam contulerunt.

Nec ejusdem aevi medici chemici, Galenicorum adversarii acerrimi, in illa re plus fecerunt, Medicamentis enim inveniendis, et promiscue adhibendis solum intenti, a morborum studio hominum animos prorsus avertebant.

Hinc quidem factum est, quod ab instauratis literis seculo decimo quinto, usque ad tempora Sydenhami, nullae fere morborum historiae plenae vel accuratae conscriptae sint. Sydenhamus vero, sagacitate et judicio quibus maxime pollebat, majorem in notandis et describendis morborum phaenomenis diligentiam adhibendam esse protinus sensit, et in hunc finem ad sedulam observationem se accinxit, qua plures tandem et meliores, quam antea quisquam, morborum descriptiones protulit.

Ad hujus exemplum, et ad normam methodi, per observationes et experimenta, philosophandi, tunc temporis invalescentis, evenit, ut ab eo tempore plures medici, in historiis morborum augendis et accuratius reddendis, operam collocaverint.

A tempore igitur Sydenhami in hac re multum laboris nec frustra impensum est; rem tamen minime adhuc absolutam esse censeo. Multa parum accurata, multa erronea, multa denique prorsus falsa, historiis morborum, quas jam habemus, inesse, novit quisque in his aliquantulum versatus; et novit etiam ex variis causis haec vitia subrepsisse. Scriptores enim, alii ad

theo-

theorias sibi placentes stabiliendas, alii ad fidem remediis ab ipsis sive inventis, sive multum laudatis conciliandam; vel veritatem, praeconceptis occaecati, non percipiebant, vel etiam fictis et falsis corrumpebant. Plures, re omni quovis modo mirabili capti, quod ipsi facile crediderunt, alios credere cupientes, rem omnem praeter modum amplificarunt. Plures denique, ut observationibus, hodie adeo expetitis; famam sibi compararent, historias in museo fictas pro veris tradiderunt. Haec omnia, si specialius indigitarem, de imperfecta hactenus morborum historia satis clare constaret; sed haec omnia impraesentiarum praetermitto, et unum solummodo, in historiis morborum conscribendis, vitium, ad rem nostram maxime pertinens, indicatum volo.

Multi optimae etiam fidei medici, in morbis observandis diligenter versati, in historiis eorum conscribendis saepe nimium fecerunt. Non solum enim symptomata morbi cujusvis semper praesentia et inseparabilia, sed plura etiam, et cuncta quidem quovis tempore morbum comitantia, recensuerunt. Ita symptomata rarius, nec necessario cum morbo conjuncta, et plura omnino adventitia et fortuita, notarunt: dum simul illa inusitata et fortuita ab usitatioribus et inseparabilibus distinguere penitus neglexerunt. Hinc historiam morborum plenissimam reddere conantes, quae ad distinctionem cujusque ab alio quovis conferre possent, omiserunt, immo difficiliorem reddiderunt.

De

De hacce in historiis morborum redundantia saepe conquesti medicinam facientes, pathognomonica quae dicuntur desiderarunt; hoc est, ut notentur symptomata illa pauca, quae cuique morbo adeo propria sunt, ut ab illis solis quisque morbus ab alio quovis illico et certo dignoscatur. Hujusmodi autem pathognomonica in scriptis medicis nondum data, neque unicuique morbo assignata sunt; nec quantum video nisi per Nosologiam methodicam, rite institutam, assignari queunt.

Dudum quidem Sydenhamus et solers Baglivius, quo facilius et certius morbi distinguerentur, morbos omnes, per normam methodi botanicae, ad genera et species, appositis characteribus idoneis, referri voluerunt; id est, ut institueretur Nosologia methodica. Hoc etiam consilium alii summae famae medici comprobarunt, et quisque, ni fallor, in artis usu occupatus factum fuisse vehementer optaret. Nihil tamen hujusmodi protinus tentatum fuit; an quidem ex fructu inde capiendo parum perspecto an vero ex difficultate operis praevisa, non constat; sed revera nihil omnino tentatum fuit, donec celeberrimus Franciscus Bossier de Sauvages, circa annum 1732. rem aggressus sit.

Quae quidem, exeunte seculo decimo sexto, Felix Platerus in morbis secundum symptomata ordinandis conatus est quodammodo huc referri possunt; conatus autem isti inconditi adeo et imperfecti erant, ut quenquam eosdem prose-

se-

secuturum esse vix expectandum fuit; et revera ante SAUVAGESIUM nemo, quantum novimus, ulla ex parte prosecutus est. Haud dissimulandum quidem, PLATERUM SAUVAGESIO quaedam suggessisse; pauca tamen, nec fausta admodum, et quae nemini usui fuissent, nisi SAUVAGESIUS cum meliore spe opus multo longius provexisset.

IPSE quidem SAUVAGESIUS primum lente et titubanter progrediebatur; et, re iterum atque iterum tentata, non nisi post multam lectionem, et assiduam per triginta annos meditationem, Nosologiam methodicam suam anno 1762. editam protulit.

INTEREA, duo alia, in Nosologia methodica, tentamina facta sunt; alterum a celeberrimo viro, et in distributione rerum methodica plurimum exercitato, CAROLO A LINNE; alterum ab erudito Professore Gottingensi, RUDOLPHO AUGUSTO VOGEL. A neutro tamen, utpote vestigiis SAUVAGESII presse nimis insistente, opus multum promotum fuisse videtur.

CUM de utilitate hujusmodi tentaminum, jamdudum mihi persuasum sit, simulac ad medicinae praxin docendam in hac alma Academia admotus fui, mei officii esse putavi alumnos nostros ad Nosologiae methodicae studium allicere; et, quo facilius hoc efficerem, libellos quotquot ad id conferre possent, hic edendos, et in discipulorum manus tradendos, curavi.

Ex

Ex opere SAUVAGESII, aliis rebus non admodum utilibus referto, ea tantum quae ad genera et species morborum distinguendas pertinerent excerpsi, et cum his LINNAEI et VOGELII libellos integros conjunctos edidi.

AUCTORES hi aliquid laudis sine dubio merentur; quanquam enim eorum opera rem ex toto confecisse minime videantur, nec multum utilitatis tyronibus inexpertis afferre queant, in arte tamen versatis, et in dignoscendis morbis aliquatenus exercitatis nonnihil commodi exinde oriri possit.

DIFFICILE quidem erit, hanc rem protinus perfectam reddere, nec, ut opinor, nisi tentaminibus repetitis fieri potest. Non solum igitur mihi licitum, sed mei muneris esse, opus hoc Nosologicum, quantum possem, promovere arbitratus sum; eoque consilio methodum quodammodo novam tentavi, et una cum supradictis edidi. Hanc, etsi nequaquam omnibus numeris absolutam, prioribus tamen in quibusdam magis accuratam inventam fore spero.

QUI ante nos huic studio operam dederunt, minus consulto, ut mihi videtur, rem aggressi sunt; morborum enim species parum perspectas habentes, ad suprema classium et ordinum genera constituenda illico se accinxerunt. A natura vero species solum datae sunt; et generum constitutio est mentis humanae excogitatio, quae, donec species omnes bene notae et perspectae

 fue-

fuerint, fallax et incerta erit; et in generibus quidem constituendis, nisi ad species semper respiciamus, labor noster vanus et futilis evadet.

Constitutio generum supremorum, in quovis rerum systemate, neutiquam adhuc absoluta est. Classes enim vel etiam ordines, omnino naturales, vel in systemate vegetabili, vel in animali, nondum ubique constitutae sunt. De fossilibus methodus etiam difficilior, et de morbis fortassis omnium difficillima erit. Videamus igitur quomodo hanc rem quamoptime tractare possimus.

Cum res distinguendae, numero quamplurimae sint, tum ad investigationem, tum ad reminiscentiam, utilissimum et necessarium esse videtur, ut ad genera quaedam suprema referantur; cum vero species rerum non admodum numerosae sint, et quarum sigillatim recensitarum reminisci, memoriae in plerisque hominibus vires non excedat, eas, summa solicitudine, ad classes et ordines referre vix opus esse videtur.

Ita Illustris De Buffon quadrupedia, quorum species numero paucae sunt, ad classes et ordines referre haud necessarium esse censuit, et quae in hunc finem alii tentarunt, frivola esse, et ad denominationem studiosos plurimum turbantem duxisse putavit.

Illustri tamen et egregio viro prorsus assentire nequeo. Etiamsi enim institutio classium et or-

ordinum morborum, neque pro investigatione eorum satis perfecta reddi queat, neque pro numero valde necessaria sit; quodammodo tamen tentandam, et ad majorem accurationem diligenter perducendam esse puto.

Enimvero, si ab illusione quae ex characteribus classium et ordinum oriri queat, cavemus et, ni fallor, cavere plerumque licet, etiam classium et ordinum institutionem, in multis ad pleniorem et magis exactam specierum distinctionem conferre posse contendo. Etsi enim ejusmodi institutionem, ubique certam et accuratam semper assequi haud liceat, ipsos tamen conatus ad illam assequendam magnopere ex re fore putarem, quippe qui ad disquisitiones utiles, tum pathologia, tum in morborum historia, saepe obvenientes, subinde ducant. Certe, cum de natura morborum disquirere velimus, distinguendi sunt, tum per symptomata cuique propria, tum per illa cum aliis quibusdam communia, quod nihil aliud est, quam morbos, uti alia quaecunque in rerum natura distingui debent, per genera et species distinguere, et hujusmodi distinctio generum, tum supremorum tum proximorum, notationem necessario exigit.

Quantacunque tamen ex instituendis morborum classibus et ordinibus utilitas provenire possit, certe fatendum est, Nosologos, huic rei praecipue intentos, successus optatos nondum obtinuisse; et ex hujus studii adeo imperfecti conspectu, ni fallor, accidit, quod totam rem No-

sologicam alii despexerint, alii vero impossibilem judicaverint.

Qui impossibilem putant, certe falluntur. Distinctionem morborum aliquando difficilem esse, fatentur omnes; possibilem autem in plerisque esse, fateri etiam oportet; nam, si quis hoc negaverit, idem fecerit, ac si nullam esse artem medicam dixisset. Si revera tamen medici morbos a se invicem dignoscere possint, certe quibus indiciis id faciant, etiam dicere queunt. Haec autem indicia nulla alia esse possunt, quam quae morbum quemque per genus et speciem definiant, quae rursus per methodum Nosologicam, rite institutam, solummodo exponi queant.

Distinctionem itaque morborum, hactenus saepe dubiam, per Nosologiam methodicam magis certam fieri posse, affirmare nullus dubito. Porro observandum, quoties hujusmodi distinctionem morborum exponere conati fuerimus, id commodi oriturum, quod hujus distinctionis vel defectus, vel errores facillime percipientur, et cum percepti, vel ad observationes jam factas accuratius considerandas, vel ad observationes postea diligentius faciendas, ducent; quin et plurimum valebunt, tum ad Nosologiam methodicam, tum ad distinctionem morborum tandem perfectiorem reddendam.

Quamvis morborum characteres hactenus propositi saepe erronei, saepe deficientes sint; tentamina tamen omnia jam facta exhibere cupiens, in

in tertia Synopsis editione ex systemate symptomatico Cl. Michaelis Sagar, quae ad genera morborum definienda pertineant, excerpsi, et in hac quarta editione, ingeniosi Davidis Macbride Tabulas Nosologicas addidi, et caeteris supra memoratis subjunxi. Haec autem tentamina omnia simul edita sunt, ut juxta posita facilius conferri possint, et ut collata vel optimos et maxime idoneos characteres indicent, vel ad erroneos corrigendos, et ad distinctiones magis exactas obtinendas lectores ducant.

Hujusmodi studium plurimis medicis necessarium fore facile credo; nam morborum titulis inhaerentes, notiones parum accuratas et determinatas habent; et quantum video, ad magis exactas, nisi nosologiae methodicae studio, duci vix possunt.

Ex iis quae jam diximus, tum utilitatem tum necessitatem Nosologiae Methodicae manifestam fore spero; et simul patebit, quare antehac, et nunc etiam, eandem colere allaboravi. Proximum est, ut in hisce prolegomenis, quas in hoc studio regulas ipse observavi, et ab aliis observandas vellem, nunc exponam.

Prima et praecipua nostra cura fuit, ut morborum species in ipsis aegris praesentes detegerentur et dignoscerentur. Cum vero species, nisi simul genus indicaretur, vix recte definiri possint; et cum genera plurima a Nosologis indicata unius tantum speciei sint, inde factum

 est,

est, quod nostri etiam labores, in generibus praesertim distinguendis, impensi videantur. Ad species tamen semper respeximus: et ad eas dignoscendas, characteres generum a nobis datos ubique utiles fore speramus.

In generibus morborum recensendis, pauciora, quam in aliis systematibus dicta sunt, recensui, quod si recte feci, id studiosis multitudine rerum contemplanda facile turbatis imprimis commodum esse puto. Etiamsi enim numerum generum minuens aliquando erraverim, id tamen tuto tentatum fuisse censeo; cum enim discipuli nostri genera facile et satis certo distinguenda recte perspexerint, illos genera forte omissa facile postea agnituros esse credo.

Genera morborum vero apud nos, quam apud alios Nosologos, necessario pauciora sunt: quia plura, pro diversis ab aliis habita et recensita, a nobis, utpote nulla, quantum nobis videtur, re diversa, sub uno titulo comprehensa sunt; et hujus rationes postea locis idoneis tradendae venient. Interea notandum, plura genera, quae primo intuitu omissa videantur, nequaquam ex oculis studiosorum sublata esse, cum generis illius, ad quod pertinere nobis videatur, uti synonyma recenseantur, et locum suum in indice adhuc retineant.

Deinde, genera morborum a nobis, quam ab aliis enumerata et definita, pauciora sunt: quia nulla, nisi idiopathica et primaria notanda

esse

esse duximus, dum plura ab aliis memorata sympathica tantum sunt, sive symptomata nus quam per se existentia; et neutiquam igitur pro morbis primariis agnoscenda. Ita *Carphologia*, *Pandiculatio*, *Rigor*, *Sternutatio*, *Oscedo*, *Singultus*, *Stertor*, *Anxietas*, *Lassitudo*, *Stupor*, *Pruritus*, *Algor*, et *Ardor*, a SAUVAGESIO, et alia ab aliis, pro generibus recensita, a nobis penitus omittuntur; et recte, ni fallor, nisi quot symptomata, totidem genera morborum ponere velimus.

DENIQUE genera morborum apud nos pauciora sunt; quia ex classibus VITIORUM et DEFORMITATUM plura a nobis omittuntur; vel quod morbi adeo leves sint, ut medicorum attentionem et curam non mereantur; vel quod congeniti et immutabiles medicorum artem penitus eludant. Ita *Lentigo*, *Leuce*, *Cyasma*, *Seline*, et *Cicatrix*, ex classe VITIORUM; et *Phoxos*, *Gibber*, *Rhyssemata*, *Canities*, *Coloboma*, *Naevus*, *Monstrositas*, *Rhicnosis*, *Varus*, *Valgus*, *Leiopedes*, *Saniodes*, *Cripsorchis*, *Hermaphroditus*, *Dionysiscus*, *Galiancon*, *Galbulus*, et alia ex classe DEFORMITATUM apud VOGELIUM recensita, recte a nobis omissa putamus. Ejusmodi vitia et deformitates, fortassis in pathologia, sive historia generali, mutationum quas, quavis occasione, subit corpus humanum notari possent; Nosologiam autem methodicam iis adeo frivolis onerare, vel eandem tam multis, novis et inutilibus appellationibus turbare, minime idoneum videtur.

tur. Judicet itaque lector, quam merito gloriatur Cl. SAGAR. se generum numerum auxisse.

QUOD modo memorata omiserim, venia forsitan mihi facile dabitur. Sunt autem alii morbi, memoratu quidem digni, quos omissos non adeo facile condonabit studiosus. Hujusmodi omissiones agnosco, et quidem doleo; sed variae rationes, ut quidam morbi hic omitterentur, effecerunt. Primo, fieri potest, ut quidam observationem nostram penitus effugerint; dein, sunt alii satis noti, quibus, in nostro systemate, locus idoneus nusquam inventus est; denique, sunt alii quorum historia apud medicos adeo sit imperfecta, ut nec locus nec character idoneus iis assignari queat. Ne tamen ejusmodi genera penitus omitterentur, ad calcem operis, omissorum, quotquot noverim, catalogum subjunxi, ut posteri perspicaciores, ea diligentius perpendentes, characteres et locum iis assignent.

EODEM consilio, ne scilicet tyronibus contemplanda praeter necessitatem multiplicarentur, non genera solum, sed species morborum etiam ad minorem numerum redegi. Hoc magis periculosum videri potest, cum nullam speciem, quae revera existat, recte omittere liceat. Ne quidem ad recensionem specierum ipse accederem, difficultas operis me dubium, et timidum antehac diu cohibuit; et id tantum tentare ausus sum, ut species, a SAUVAGESIO recensitas, serie paullo luculentiore et emendatiore traderem: Re autem amplius, et curatius perpensa, spe-

species jam recensurus, numerum earum, apud SAUVAGESIUM recensitarum, multum minuendum esse, arbitratus sum.

SOLUS quidem SAUVAGESIUS, nam SAGARUM nihil moror, in recensione specierum quicquid praestitit; et licet egregius vir, plurimis observationibus undique collectis, multum de re medica meritus sit; haud tamen dissimulandum, illum in multis graviter errasse, dum species revera easdem, sub diversa appellatione repetitas, pro diversis ponebat; et praesertim dum species sympathicas tam saepe idiopathicis immiscebat, qua ratione earum numerum totum praeter modum auxit. Hos ut tollerem errores, quod potui feci, numerosis nempe apud SAUVAGESIUM speciebus recte, quantum ego judico, ad pauciores redactis.

QUOD ut efficerem, primo species plures, ut diversas a SAUVAGESIO recensitas, pro una eademque habui, et sub uno titulo posui; atque hujus rei rationes locis suis idoneis posthac tradendae sunt.

DEINDE, cum species idiopathicas solum pro veris et genuinis enumerare velim, quotquot pro symptomaticis habere potui, totidem ex numero specierum apud SAUVAGESIUM sustuli. Cum autem in recensione specierum symptomaticarum aliquis usus sit, earum recensionem, seorsum tamen, denuo apposui.

Denique alia et praecipua ratio, qua specierum, a Sauvagesio recensitarum, numerum minuendum esse censui, ea est, qua plures ab eo pro diversis positas, pro specierum varietatibus, tantum habui et enumeravi.

Hoc autem est, quod in Nosologia Methodica maxime difficile videtur, dicere nimirum, quid pro ipsa specie morbi, quid pro ejusdem speciei varietate, tantum habendum sit. Cum autem criteria illa, quae in Zoologia et Phytologia, ad species a varietatibus certius distinguendas adhiberi possint, in Nosologia Methodica nequaquam invenienda sint; varietates morborum a speciebus distinguere ubique difficilius erit. Quamobrem varietates plures recensere, tutissimum et fere necessarium esse duxi. Ejusmodi vero distinctionem, in artis usu utilissimam fore ratus, illam adhiberi ubique annisus sum; quod si non in omnibus, cum aeque certa cognitione, cum aliqua saltem verisimilitudine, diligenter quae sequuntur pensitatis, saepe fecisse videor.

Cum morbus aliquis, quo plures homines laborant, symptomata cujusdam speciei characteristica omnia et solo, in unoquoque ostendit; quantumvis haec in alio minus, in alio magis vehementia sint, hoc speciem diversam exhibere non putamus; et in universum, morbos gradu solum differentes, non nisi ejusdem speciei varietates praebere censemus.

Tunc

Tunc igitur de varietate a specie distinguenda quaestioni tantum locus est, cum in diversorum hominum morbis, vel ex solitis cujusvis speciei symptomatis, quaedam absint, vel iisdem quaedam addita sint.

Cum ex symptomatis solitis quaedam absint, quoties inter symptomata, quae magis, et ea quae minus, essentialia sunt distinguere liceat, ex horum absentia non nisi varietatem adesse concludimus.

Cum vero symptomatis characteristicis alia quaedam addita sint, si addita pro symptomatis symptomatum, potius quam pro symptomatis causae haberi queant, varietatem tantum constituunt.

Denuo, cum symptomata addita, in specie data, prorsus insolita sint, et simul conditiones morbi praecipuas parum vel nihil mutari videantur, haec quoque varietatem tantum praebere censenda.

Cum morbi genus quoddam, ex principiis diversis oriri queat, idem, ex diversitate principii, specie diversum evadere potest, nec semper tamen; nam, quotiescunque diversitas illa parva fuerit, et simul symptomata parum ab ea fuerint mutata, hoc etiam non nisi varietatem exhibere, putamus.

Mor-

MORBI genus itidem, pro diversa ejus sede, diversae speciei fieri potest; quotiescunque vero sedes diversa, neque partis structurae, neque functionis ratione differat, hujusmodi sedis diversitas etiam pro varietate tantum habenda est.

PORRO, cum de morbis invicem distinguendis hic agatur, observari vellem, res duas esse, quae ad similitudinem et affinitatem morborum, in diversis hominibus indicandam, plurimum facere possint.

ALTERA est, quod principii quaedam similitudo, morborum inde in diversis hominibus genitorum similitudinem arguit; ita, quando morbi diversorum hominum, ex uno eodemque principio oriantur; quando, etiam principium illud, ad morbum gignendum, in unoquoque necessarium sit; denique, quando idem principium, ubique fere ejusdem qualitatis et vis esse videatur, tum demum morbos, ex ejusmodi principio genitos, ejusdem vel simillimae naturae esse judicare licet.

HOC de morbis contagiosis plerisque valere mihi videtur. Ex his enim sunt, qui in pluribus hominibus ab eadem specifica contagione oriuntur; nec in eorum aliquo morbus, nisi ab illa contagione applicata, oriri unquam observatur; et simul illius contagionis vires et qualitates, ubique fere, eaedem esse videntur. Quod ad proxime dictum spectat, id quibusdam dubium videri potest; sed, cum ejusdem contagionis

effec-

effectus per secula plura jam observati semper et ubique admodum similes sint, eam qualitate et viribus eandem esse, merito concludimus; et ob hoc praesertim, quod effectus isti, quatenus diversi videantur, plerumque hominis infecti conditioni cuidam, potius quam contagioni qualitate vel viribus diversae, tribui possunt,

Morbos, itaque, eadem contagione specifica ortos, simillimae naturae esse credendum; ejusmodi morbos etiam vix, nisi unicam ejusdem generis speciem, praebere; immo, earum diversitatem quandam aliquando observatam, non nisi ejusdem speciei varietatem indicare, suspicandum est.

Haec omnia, non solum de exanthematis contagiosis, sed etiam de plerisque febribus epidemicis, dicta velim. Hanc autem opinionem, de similitudine febrium epidemicarum proferens, a gravis auctoritatis viro Sydenhamo, hujusmodi febres specierum plurium esse statuente, dissentire cogor. Recte quidem, an secus multum dubito; et posteris litem dirimendam relinquo, hoc simul praemonito, plurimum medicinam facientibus interfuturum, de alterutrius sententiae veritate sibi satisfacere, vel potius quas limites utrique sint ponendae, statuere.

Altera res, quae similitudinem morborum, in diversis hominibus ostendere possit, est similitudo remediorum quibus sanantur. Similitudo quidem morborum in similitudine causae eo-

rum

rum proximae, qualiscunque sit, revera consistit; cum remedia vero morbis medeantur, tantum quatenus causas eorum proximas tollant, morbos, qui iisdem omnino remediis sanantur, ejusdem naturae esse oportet.

Hujusmodi ratiocinatio, tum ad phlegmasiarum missione sanguinis, tum ad febrium intermittentium cortice Peruviano sanatarum, similem naturam indicandam, plurimum certe facere potest. Hanc autem doctrinam, utcunque in praxi medica, aliquando utilem, fallacem tamen, neque in praxi, neque in Nosologia methodica, nisi caute admodum, adhibendam esse censeo. Apud vulgus medentium quidem, remedia eadem quibusque fere ejusdem generis speciebus, et harum varietatibus adhiberi, et hinc genera plura nullo modo specie differre videantur. Sed peritiores norunt, morbos, aliquo modo diversos, rarius quam putatur, ab iisdem prorsus remediis sanari: Bene etiam norunt, ex promiscua remediorum adhibitione fieri, quod eadem remedia adeo saepe frustranea, sanationes saltem minus perfectae sint. Porro, norunt expertissimi, ad recte medendum omnino opus esse, ut remedia, non solum generi sed speciei cuique, et saepe etiam varietatibus quibusdam, apprime sint accommodata.

Ad artem medicam breviorem, et exinde faciliorem reddendam, species morborum quascunque, a varietatibus suis distinguendas esse, arbitratus sum. Hanc tamen distinctionem in plu-

pluribus quodammodo incertam esse fateor, et in Nosologia methodica tutissimum fore puto, varietates morborum plerasque notare et recensere. Hoc itaque praestare ubique annisus sum, aliis sapientioribus, qui posthac huic operi se immiscere velint, relinquens, discriminationem magis certam statuere.

Exposita jam qua ratione morborum, tum generum, tum specierum, numerum minuere laboravi; superest, ut quomodo eorum, quae admisi, characteres constituendi sunt, nunc exponam.

Imprimis igitur notas externas, sensibus nostris facile obvias, ubique selegi, neglectis, vel potius rejectis de statu corporis interno conjecturis quibuscunque. Porro ex notis quae sensibus sunt obviae, illas medici potius quam aegri sensibus percipiendas, semper praetuli; quum tamen has, utcunque fallaces, penitus negligere vel omittere non liceat.

Secundo, ea symptomata pro notis characteristicis praecipue seligenda putavi, quae perpetuo cum morbo praesentia sunt, et hoc quidem semper annitendum esse puto. Cum vero plurimi morbi sub eorum decursu, aliam atque aliam omnino formam capiant, in his, ex serie rerum, et symptomatum sibi invicem succedentium, character saepe necessario petendus est.

In hac re autem tractanda, duplex quaestio exoritur. Prima est, an ex morbi principio characteris partem desumere liceat?

Ad hanc responderi possit, quod, etiamsi de principiis morborum apud medicos judicium saepe fallax, et prorsus falsum sit, nec temere idcirco ad morbos distinguendos adhibendum; cum eadem tamen aliquando satis certe nota sint, et facile observanda, hujusmodi principia in Nosologia, pro notis characteristicis recte adhiberi posse censeo.

Altera quaestio hic exoriens est, quatenus ex serie symptomatum, sub decursu morbi occurrentium, characterem ejus petere liceat? Ad hanc etiam possit responderi, quod cum plures morbi, uti exanthemata et febres intermittentes, nisi post decursum aliquot dierum, ex serie symptomatum sibi invicem succedentium, nullo modo dignosci queant; ut hujusmodi morbi distinguantur, ex serie illa character necessario sumendus est. Characteres autem, non nisi post longum morbi decursum, fortassis non nisi post morbum finitum statuendi, nequaquam in Nosologia usurpari debent. Ita apud Ill. Linnaeum *Febrium continentium*, quas vocat, characteres a diuturnitate totius morbi desumpti prorsus inepti sunt.

In constituendis morborum characteribus regula tertia est, quod, cum quisque fere morbus, ex plurium symptomatum concursu solum di-

dignoscatur, ex iis pro notis characteristicis quot sufficiant; nec plura tamen adhibenda sunt. Priores Nosologi mihi videntur, in characteribus quos dederint, plerumque nimis breves et deficientes fuisse; et forsan mihi vitio verti potest, quod aliquando sim in iisdem nimis longus et redundans. Nusquam quidem volens fui redundans; ut vero essem copiosus ubique me conatum fateor, prudentissimum fore ratus etiam ad redundantiam appropinquare, quippe posteris multo facilius erit, quod nimium est tollere, quam quod deficiat supplere.

In characteribus denique morborum constituendis, quaeritur etiam, an ex defectu functionis cujuslibet, quae in sano unoquoque exercetur, vel ex absentia symptomatum, in aliis generibus vel speciebus apparentium, notas quasdam desumere liceat? SAUVAGESIUS quidem defectus functionum, utpote nihil positivum indicantes, pro morbis noluit admittere; plures igitur, qui a LINNAEO sub ordine *constrictoriorum*, et a VOGELIO sub classe *epischesium* recensentur, penitus omisit.

SED pace tanti viri dixerim, quanquam defectus, si strictius loqui velimus, nihil positivum indicet; defectum tamen functionis, quam exercet quisque sanus, statum corporis humani exhibere, quem ut distinguamus utilissimum est, atque etiam necessarium, et ejusmodi status pro morbo recte haberi potest. Porro, etiamsi in quibusdam defectus isti aliquando sine molestia

vel

vel morbi symptomate observentur; in plerisque tamen magnam molestiam, et symptomata plurima pariunt. In his igitur, defectum functionum, saepe symptomatum causam manifestam, pro morbo haberi licet, et ex ejusmodi defectu, in plurimis morbis horum notas characteristicas petere licet, et oportet. SAUVAGESIUS ipse in hac re parum sibi constare videtur, *Debilitatum* classem instituens, et *Amnesiam*, *Agrypniam Ischuriam*, et alia etiam tanquam genera recensens.

QUOD notas ex absentia symptomatum, in aliis congeneribus apparentium, spectat; eas nequaquam bonas, et, ubicunque fieri potest, evitandas censeo. In pluribus vero vitari, quantum video, non possunt; nec a quovis Nosologo adhuc fuerunt vitatae.

CUM, secundum has regulas, characteres morborum constituendi sint, plurimum refert, eosdem sermone accurato et luculento exprimere; nec minus morbum quemque apto nomine insignire.

NORUNT eruditi, Ill. LINNAEUM methodum plantarum perfectiorem reddidisse, eo quod botanices linguam, usurpatis ubique vocibus maxime idoneis et definitis, magis accuratam effecit; nec quidem dubito quin delineatio morbi, ad instar delineationis plantae, a LINNAEO exhibitae, in Nosologia multum profutura sit. In Nosologia autem, ac in botanice non aeque ne-

necessarium esse videtur; tum quod tam multae rerum circumstantiae in Nosologia, ac in botanice notandae non veniunt; tum quod symptomatologia, in quibuscunque fere Pathologiae generalis systematibus exhibita, plurimum in hac re jam praestitit. Fatendum quidem, symptomatologias vulgo prolatas, nec adeo plenas esse, nec adeo exactas, ac optandum esset; et, si pleniores fierent, atque ubique voces magis idoneae et accurate definitae usurpatae essent, ad Nosologiam perficiendam certe plurimum conferre posset. In hujusmodi vero tentamine cavendum est, ne distinctiones nimium subtiles et dubiae adhibeantur, uti ab auctore *Observationum Clinicarum*, quae Warsaviae annis 1767. et 1768. prodierunt, factum fuisse opinor. Ipse quidem huiusmodi nihil tentavi, tum quod plus exegisset, quam per longum, tum quod mihi minus necessarium videtur, qui voces apud medicos usitatissimas, et in sensus vulgo recepto, ubique fere usurpandas curaverim.

Quod ad denominationem morborum attinet, in Classium, Ordinum, et Generum nominatione, eas, quantum potui, regulas observavi, quae in Linnaei *Criticis Botanicis*, et in ejusdem *Philosophia Botanica*, ab Ill. auctore traduntur.

Quando notiones novae sunt proferendae, etiam nova nomina imponenda sunt, et ejusmodi aliquando, parcius licet, adhibuimus. Cum vero nomenclaturam medicam, diuturno usu confirmatam, sine gravi causa mutare non liceat;

ceat; ne factum esset ubique curavimus; quod tamen Ill. LINNAEUM saepe, nulla urgente necessitate, fecisse, et VOGELIUM appellationibus novis, frivolis, ineptisque Nosologiam deturpasse, observavimus.

UT clarior et certior habeatur morborum notitia, appellationibus selectis, synonyma tum aliorum Nosologorum, tum auctorum maxime celebrium ubique apposuimus. Hoc diligentius feci, ut inde norint studiosi, ex quibus praecipue scriptis morborum scientia optime obtinere possit.

IN recensendis specierum synonymis, appellationes, quibus SAGARUS usus sit, omisi, tum quod ipse aliorum auctorum synonyma ubique omittens, nos de speciebus, quas indicare voluit, incertos saepe reliquit; tum quod, in recensione specierum, illum profecto minus peritum fuisse, et regulas Nosologiae methodicae optimas quasque neglexisse, nobis videtur.

SYNONYMA veterum medicorum adhuc omisi, non quod eorum scripta prorsus negligenda esse putaverim, sed quod ego, neque satis certo, neque cum fructu, synonyma eorum indicare potuerim.

# SERIES
# CLASSIUM et ORDINUM*.

## CLASSIS I. PYREXIAE

ORDO I. FEBRES.
II. PHLEGMASIAE.
III. EXANTHEMATA.
IV. HAEMORRHAGIAE.
V. PROFLUVIA.

## CL. II. NEUROSES.

O. I. COMATA.
II. ADYNAMIAE.
III. SPASMI.
IV. VESANIAE.

* Classium institutionem primo a SAUVAGESIO datam, LINNAEUS, VOGELIUS, et SAGARUS, in omnibus fere, secuti sunt. Cum vero ex eorum classibus plures sint, uti VITIORUM, ANHELATIONUM, DOLORUM, et FLUXUUM, neque naturales, nec quovis modo idoneae, eiusmodi institutionem sequi non potui. Aliam itaque simpliciorem, et in universum, ut mihi

## CL. III. CACHEXIAE.

| | |
|---|---|
| O. I. | MARCORES. |
| II. | INTUMESCENTIAE. |
| III. | IMPETIGINES. |

## CL. IV. LOCALES.

| | |
|---|---|
| O. I. | DYSAESTHESIAE. |
| II. | DYSOREXIAE. |
| III. | DYSCINESIAE. |
| IV. | APOCENOSES. |
| V. | EPISCHESES. |
| VI. | TUMORES. |
| VII. | ECTOPIAE. |
| VIII. | DIALYSES. |

videtur, aptiorem, hic protuli. Haec fortasse etiam minus absoluta videri possit, quod inter morbos totius systematis, in primis tribus classibus, recensitos, et illos partis singularis, sive Locales, in classe quarta collocatos, distinctio non ubique facilis erit. Hoc quidem, rarius licet, aliquando fieri posse concedimus. Sed nihil praestantius nobis nunc suppetit; et, ob rationes in Prolegomenis, pag. xii. allatas, de perfecta classium institutione non admodum solliciti sumus.

# CL. I. PYREXIAE.

Character. Poſt horrorem pulſus frequens, calor major, plures functiones laeſae, viribus praeſertim artuum imminutis *.

Synonyma. Morbi ſebriles *Auctorum*.

* Quod hic, et pluribus quae ſequuntur locis, nobis forſitan vitio verti poſſit, quodammodo hic obiter excuſare liceat. Ita dici poteſt, pyrexias aliquando videri, quas nullus praeceſſerat horror, et pyrexias in quibus neque pulſus frequentior, neque calor major, quam in ſanis eſſe ſolet; characterem ideo datum neque verum, neque ubique adhibendum. Iſtiuſmodi pyrexias, rariſſime licet, aliquando videri negare nolo; ſed in characteribus claſſium, ad ſpecies dignoſcendas adhibendis, ut ſingulae claſſis notae in unaquaque ſpecie conſpiciantur, haud neceſſarium videtur, et ſufficit, ſi earum pleraeque in ſpecie quavis adſint.

Character idoneus quiſque, plurium notarum ſive ſymptomatum concurſum notare debet, et male quidem cum veteribus Vogelius calorem auctum ſolum, et recentiores Sylvius et Cel. Boerhaavius pulſuum velocitatem ſolam, pro charactere pyrexiae, ſive febris, ut vocant,

# ORDO I. FEBRES.

Praegreſſis languore, laſſitudine, et aliis debilitatis signis, pyrexia ſine morbo locali primario.

Febres *Auctorum* S. Cl. II. V. Cl. I. *Sag.* Cl. XII. Morbi febriles critici L. Cl. II.

cant, posuerunt. Certe, qui dicunt febrem adesse, etsi pulsus nihilo naturali frequentior sit, ex aliis quam velocitate pulsuum signis febrem adesse iudicant, quod etiam plurium symptomatum notionem, in quovis charactere necessariam esse, ostendit.

Porro, hic obiter observari velim, pulsuum velocitatem solam, pyrexiam vel febrem adesse nequaquam semper indicare; cum a causis externis plurimis pulsus fit naturali velocior, sine morbo, sive quavis functionum laesione. Hisce de pyrexiae charactere quaestionibus, in charactere a nobis hic dato, quantum potuimus, prospectum est. Sed, in aliis classium, et ordinum characteribus adeo felicem esse vix licet; et in characteribus plerisque, si ad species plerasque character recte adhiberi possit, paucas exceptiones non moror. Utilem plerumque fuisse mihi sufficit, ubique perfectum fore non spero.

## SECT. I. INTERMITTENTES.

Febres, miasmate paludum ortae, paroxysmis pluribus, apyrexia, saltem remiſsione evidente interpoſita, cum exacerbatione notabili, et plerumque cum horrore redeuntibus, conſtantes: Paroxysmo quovis die unico tantum *.

Intermittentes *Auctorum* S. Cl. II. O. III. L. Cl. II. O. II. V. Cl. I. O. I. *Sag.* Cl. XII. O. III. Remittentes *Auctorum* S. Cl. II. O. II. *Sag.* Cl. XII. O. II. †.

* Qui perpenderit quae de febribus *remittentibus*, quae videntur continuae, a *continuis*, strictius dictis distinguendis, mox dicenda sunt, facile videbit quamobrem, tum intermittentium tum continuarum characterem antea datum, hic mutare necessarium habui.

† Febrium *remittentium*, quasi a febribus *intermittentibus* exquisitis prorsus differentium, ordinem separatum instituerunt Nosologi SAUVAGESIUS, LINNAEUS, et SAGARUS; minus recte tamen, si mihi judicare fas sit. *Remittentes* enim, quae dicuntur, ex eodem principio, miasmate

Exacerbantes L. Cl. II. O. III.
Continuae V. Cl. I. O. II. *.
Continuae periodicae *Sennert.* de febr. Lib. II. cap. 13.
Continuae remittentes, *Boerh.* Aph. 727.
Compositae ex acuta periodo, *Junk.* Tab. 82.
Continuae remittentes, proportionatae, *Torti.* Therap. Spec. L. V. cap. I.
Continentes *Mortoni*, Exerc. II.

## Genus I. TERTIANA.

Paroxyſmi ſimiles intervallo quadraginta octo circiter horarum: Acceſſionibus meridianis.

nempe paludum, ac *intermittentes*, oriuntur, iisdem in locis, et eodem anni tempore, utraque simul epidemice grassatur; utraque iisdem prorsus remediis sanatur; et saepissime in eodem homine idem, qui videtur, morbus, nunc intermittentis, nunc remittentis typum exhibet. Morbi idcirco, causis, sanatione, et typo simillimi, nec ad ordinem, nec ad sectionem diversam distrahendi erant.

* Magis inconsulto adhuc VOGELIUS *remittentes* omnes cum *continuis* sociavit. *Continuae*, quas vocamus, omnes quidem remissiones et exacerbationes ostendunt; sed a *remittentibus* ad *intermittentes* merito referendis, plurimum aliis multis differunt, ut mox dicetur.

* In morbo qui vulgo *paraphrenesis* vel *paraphrenitis*, et rectius a SAGARO *diaphragmatis*, appellatur, pleurae super diaphragma extensae inflammationem adesse, et in ea morbum consistere agnoscunt medici omnes; non recte igitur uti genus a pneumonia diversum recensuerunt Nosologi.

Nec quidem pro diversa a pleuritide specie recenseri potest; cum plerumque nulla alia praeter illa pleuritidis symptomata ostendit. Quae a plurimis huic morbo tributa sunt, risus nempe sardonicus, et delirium phreniticum, certe non semper adsunt. Primum, quod nunquam vidi, certe rarissimum est; et posterius, alias etiam pneumoniae species saepe comitatur, nec tantum a parte pleurae inflammata, quantum a gradu pyrexiae, vel diathesis phlogisticae, pendere videtur.

Paraphrenitis, V. 55. *Boerh.* 907.
Diaphragmatis, *Sag.* G. 304.

## 1. Pleuritides idiopathicae simplices.

Pleuritis vera, S. sp. 1. *Boerh.* 875. *Verna* princeps morb. acut. pleuritis, L. 1. cap. 2. 3. *Zeviani* della parapleuritide, cap. 3. *Morgag.* de sed. et caus. morb. Ep. XX. art. 56. XXI. 45. *Wendt.* de pleuritide, apud *Sandifort.*. Thes. II.
Pleuritis pulmonis, S. sp. 2. *Zevian.* della parapleur. III. 28. etc.
Pleuripneumonia, plero peripneumonia, peripneumo pleuritis *Auctorum*. *Baronius* de pleuripneumonia.
Ill. *Halleri* opuscul. patholog. ob. 13. *Morgagn.* de sed. et caus. Epist. XX. et XXI. passim. *Cleghorn* Minorca, p. 247. *Triller* de pleuritide, aph. 1. 2. 3. cap. I. 8. *Huxham* Dis. on pleurisies, etc. chap. I. III. *Pringle* Diss. of the army, p. 147.
Pleuritis convulsiva, S. sp. 13. *Bianch.* Hist. hep. vol. 1. p. 234.
Pleuritis hydrothoracica, S. sp. 15. *Morgagn.* de caus. et sed. XX. 34.
Pleuritis dorsalis, S. sp. 3. *Verna*, P. III. cap. 8.
Pleuritis mediastini, S. sp. 4. P. *Sal. Div.* de affect. part. cap. 6. *Friend*, Hist. Med. de Avenzoare.
Mediastina, V. 52.

Pleuritis pericardii, S. sp. *S. Verna*, P. III. cap. 9.
Parapleuritis *Zeviani* della parapleuritide.
Pleurodyne, parapleuritis, S. sp. 19.
Paraphrenesis diaphragmatica, S. sp. 1. *De Haen*, Rat. med. l. 7. III. pag. 31.
Paraphrenesis pleuritica, S. sp. 2.
Paraphrenesis hepatica, S. sp. 3.

De inflammatione mediastini, pericardii, et diaphragmatis Vide *Morgagn.* de caus. et sed. VIII. 13. XXI. 35. 36. 46. XLV. 16. *Van Swieten* ad *Boerh.* 913.

## II. Pleuritides complicatae.

### 1. Febre.

Pleuritis biliosa, S. sp. 7.
Pleuritis erysipelatosa, S. sp. 11.
Pleuritis biliosa, *Bianch.* Hist. hep. vol. I. p. 236.
Pleuritis putrida, S. sp. 9.
Synochus pleuritica S. sp. 5.
Pleuritis pestilens, S. sp. 16.
Pleuritis miliaris, S. sp. 20.

### 2. Catarrho.

Pleuritis catarrhalis, S. sp. 10.

Pleuritis lymphatica, *Bianch.* Hist. hep. I. p. 233.

## III. Pleuritides symptomaticae.

Pleuritis traumatica, S. sp. 6.
Pleuritis verminosa, S. sp. 8. *Verna* pleur. p. I. cap. 1. P. III. cap. 11. *Morgagn.* de sed. et caus. XXI. 43. 44.
Pleuritis stomachalis, *Bianch.* Hist. hep. I. p. 231. Pleurodyne verminosa, S. sp. 2.
Pleuritis lactea, S. sp. 17.
Pleuritis Polonica, S. sp. 18.

## IV. Pleurites falsae.

Pleuritis hepatica, S. sp. 12. *Panarol.* Pentac. I. obs. 37.
Pleuritis splenica, S. sp. 19.

Pneumoniae sequelae sunt.

## VOMICA.

Post pneumoniam, resolutione quadam non terminatam, dyspnoea et tussis perstantes, cum decubitu in latus sanum difficili, et febre hectica.

Vomica *Boerh.* 835. *Junck.* 35. *.
Pleurodyne vomica, S. sp. 21.

## EMPYEMA.

Post pneumoniam suppuratione terminatam, saepe post vomicam remissio doloris, dum perstant dyspnoea, tussis, decubitus difficilis, et febris hectica, saepe cum sensu liquoris in pectore fluctuantis, et signis hydrothoracis.

Varietates ex Sauvagesio, licet non semper distinguendas, hic subiungimus.

Empyema a peripneumonia, S. sp. 1.
Empyema a vomica, S. sp. 2.
Empyema pleurae, S. sp. 3.
Empyema mediastini, S. sp. 4.
Empyema diaphragmatis, S. sp. 5.
Empyema intercostale, S. sp. 6.

* Vomicam vocamus quam vomicam clausam appellant medici, et inde character noster. Characteres autem vomicae apud Linnaeum et Vogelium vomicam apertam tantum respiciunt; ideoque ad illos auctores hic non referimus.

## G. XIII. CARDITIS*.

Pyrexia; dolor in regione cordis, anxietas; spiritus difficilis; tussis; pulsus inaequalis; palpitatio; syncope.

Carditis, S. G. III. V. 54.
Pericarditis, V. 53

## I. Idiopathica.

Carditis spontanea, S. sp. I. *Senac.* Traité de coeur L. IV. chap. 7. *Meckel*, Mem. de Berlin, 1756.
Erysipelas pulmonis, *Lomm.* Observ. Lib. II.

## II. Sympthomatica.

Carditis traumatica, S. sp. 2. *Senac.* ibid. chap. 6.

* Recte omnino dixit VOGELIUS *Carditidis symptomata fere eadem esse ut peripneumonia, sed graviora*, et ita etiam sensisse videtur LINNAEUS, cum apud illum neque *Carditis*, neque *Pericarditis*, inter morbos phlogisticos recensetur. Certe novimus, pericardium saepe inflammatum fuisse sine aliis praeter peripneumoniae signis.

## G. XIV. PERITONITIS.

Pyrexia: dolor abdominis, corpore erecto auctus; absque propriis aliarum phlemasiarum abdominalium signis.

Si signa darentur, quibus dignosci queant, sequentes, pro speciebus peritonitidis, recenseri possent.

I. Peritonitis (*propria*) in peritonaeo strictius dicto, sive in peritonaeo, abdomen intus succingente.

Peritonitis, V. 62. *Lieutaud.* Hist. anat. med. L. 1. obs. 3. *Raygerus* apud eund. L. 1. obs. 341. *Morgagn.* de sed. LVII. 20.

II. Peritonitis (*omentalis*) in peritonaeo per omentum extenso.

Epiploitis, S. G. 106. *Sag.* G. 308. *.

* Tum epiploitis, tum Mesenteritis, ut Peritonitidis species hic recensetur, non quam quod eiusdem continuae membranae sint affectiones, quam quod nulla fere signa dari possunt, quibus a peritonitide, strictius dicta, dignosci queant.

Omentitis, V. 61.
Omenti inflammatio, *Boerh.* 958. et Ill. *Van. Swieten* Comm. *Stork.* Ann. med. I. 132.
*Hulme* on the puerperal fever.

III. Peritonitis (*mesenterica*) in peritonaeo, per mesenterium extenso.

Mesenteritis, V. 60.
Enteritis mesenterica, S. sp. 4.

G. XV. GASTRITIS.

Pyrexia typhodes; anxietas; in epigastrio ardor et dolor, ingestis quibuslibet auctus; vomendi cupiditas, et ingesta protinus rejecta; singultus.

Gastritis, S. G. 104. L. 28. V. 56. *Sag.* G. 306.
Ventriculi inflammatio, *Boerh.* 951.
Febris stomachica inflammatoria, *Hoffm.* II. 120.

I. Idiopathicae.

1. A causis internis.

A. Gastritis (*phlegmonodaea*) dolore acuto, pyrexia vehementi *.

Gastritis legitima, S. sp. 1. *Eller.*, de cogn. et cur. morb. Sect. XI. *Haller*, obs. 14. hist. 3. *Lieut* Hist. anat. med. L. 1. 74.
Gastritis erysipelatosa, S. sp. 4. †.
Cardialgia inflammatoria, S. sp. 13. *Tralles*. de opio, sect. II. p. 231.

2. A causis externis.

Gastritis a veneno, S. sp. 3.

B. Gastritis (*erythematica*) dolore, et pyrexia lenioribus, rubore erysipelatoso in faucibus apparente.

* Tum gastritis, tum enteritis duarum esse specierum, quarum una phlegmonodaea, altera erysipelatosa dici potest, mihi ex pluribus observationibus satis certo constat; et eiusmodi species itaque hic recensui, etsi fatendum sit, gastritidis erysipelatosae, et magis adhuc enteritidis erysipelatosae, signa saepe obscura et incerta esse. De his vero monere volui ut diligentius inquirant posteri.

† Quam hic gastritidem erysipelatosam dixit Sauvagesius, omnino phlegmonodeam esse mihi videtur.

II. Symptomaticae.

Gastritis exanthematica, S. sp. 5.
Gastritis herniosa, S. sp. 7.
De gastritide sternocostali, S. sp. 6. non liquet.

## G. XVI. ENTERITIS.

Pyrexia typhodes; dolor abdominis pungens, tendens, circa umbilicum torquens, vomitus; alvus pertinaciter adstricta.

Enteritis, S. G. 105. L. 29. V. 57. *Sag.* G. 307.
Intestinorum inflammatio, *Boerh.* 959.
Febris intestinorum inflammatoria ex mesenterio *Hoffm.* II. 170.

I. Idiopathicae.

Species sunt,

1. Enteritis (*phlegmonodaea*) dolore acuto, pyrexia vehementi, vomitu et alvo astricta.

Enteritis iliaca, S. sp. 1.

Enteritis colica, S. sp. 2. *Boerh.* 963.

2\. Enteritis (*erythematica*) dolore et pyrexia lenioribus, sine vomitu, et cum diarrhoea.

Species symptomaticae.

Enteritis flatulenta, S. sp. 3.
Enteritis enterocelica, S. sp. 5.

G. XVII. HEPATITIS.

Pyrexia; hypochondrii dextri tensio et dolor, saepe pungens pleuritici instar, saepius obtusus; dolor ad claviculam et summum humeri dextri; decubitus in sinistrum latus difficilis; dyspnoea; tussis sicca; vomitus; singultus *.

* Inter symptomata hepatitidis, *colorem faciei flavescentem*, posuit tum SAUVAGESIUS, tum SAGARUS, et hic etiam addit, *urinas icteritias, biliosas, et serum sanguinis missi et crusta subflava*; sed haec symptomata bilis regurgitantis vel resorptae rectius a LINNAEO et VOGELIO omissa fuisse censeo; nam eiusmodi symptomata non tantum non perpetua, sed etiam rarissima sunt;

Hepatitis, S. G. 113. L. 35. V. 58. *Sag.* G. 312. *Boerh.* 614. *Hoffm.* II. 14. *Junck.* 66. *Macb.* p. 446.

Variat.

I. Acuta signis in charactere dictis dignoscenda.

II. Chronica. Haec saepe nulla quibus dignoscatur signa praebet; aliquando tamen eandem adesse suspicari potest, ex hepatitidis causis quibusdam praegressis, ex sensu quodam plenitudinis et gravitatis in hypochondrio dextro, ex doloribus plus minusve pungentibus in eadem parte subinde perceptis, ex dolore quodam a presso hypochondrio dextro vel a decubitu in latus sinistrum sentito, et denique ex pyrexia leviori cum dictis signis subinde infestante.

*Sauvagesii* species sunt,

Hepatitis erysipelatosa, S. sp. 1. *.
Hepatitis pleuritica, S. sp. 2. *Bianch.* Hist. hep. tom. I. p. 388.
Pleuritis hepatica, S. sp. 12.
Hepatitis cystica, S. sp. 4. †.
Hepatitis obscura, S. sp. 5.

Pro specie male recensetur morbus secundarius.

* De erythemate vel erysipelate, quod vocant, viscerum, minus recte sensisse medicos censeo; nam, me saltem iudice, erythema non nisi superficies illas internas quas tegit epithelion et tunica villosa, epidermidi externae continua et analoga, afficere potest. Nullum igitur erysipelas pulmonis, de quo scripsit LOMMIUS, Observ. lib. 2. agnosco; nec hepatitidem quandam a SAUVAGESIO hic erysipelatosam recte dictam esse puto, et hepatitidem quidem ex AMATO hic descriptam revera phlegmonodaeam fuisse credo.

† Quin ex contusione vel aliis causis oriri possit inflammatio cystidis felleae, vel ductus choledochi, nullus dubito; sed quibus signis cognosci queat, nisi in uno casu, non novi. In ictero, scilicet, cum dolore in regione epigastrica acuto, a calculo, ut videtur, in ductu choledocho haerente, inflammationem ductus cystici saepe ortam fuisse, omnino censendum, et ne oriatur semper cavendum.

Hepatitis suppurans, S. sp. 6. *Cheston's* Pathol. Inq. Chap. III. Sect. 2. et app. Casu 12.
Hepatalgia apostematosa, S. sp. 7.

G. XVIII. SPLENITIS.

Pyrexia; hypochondrii sinistri tensio, calor, tumor, et dolor pressu auctus, absque signis nephritidis.

Splenitis, S. G. 114. L. 36. V. 59. *Junck.* 67. *Sag.* G. 313. *Macb.* p. 448.
Lienis inflammatio, *Boerh.* 958. et ill. *Van Swieten.* Comm.

Una tantum species recensetur.

Splenitis phlegmonodaea, S. sp. 1. *Forest.* L. XX. Obs. 5. 6. *De Haen.* apud *Van Swieten.* p. 958.
Pleuritis splenica, S. sp. 19.
Splenalgia suppuratoria, S. sp. 3.

G. XIX. NEPHRITIS.

Pyrexia; dolor in regione renis, saepe ureteris iter sequens; mictio frequens urinae, vel tenuis decoloris, vel ruberrimae; vomitus; cruris stupor; testiculi eiusdem lateris retractio aut dolor.

Nephritis, S. G. 115. L. 37. V. 65. *Sag.* G. 314.

Species

I. Idiopathica. Spontanea.

Nephritis vera, S. sp. 1.

II. Symptomaticae.

Nephritis calculosa, S. sp. 2.
Nephralgia calculosa, sp. 1.
Nephralgia arenosa, S. sp. 2.
Nephralgia purulenta, S. sp. 7. *Cheston's* Inq. Chap. II.
Nephralgia arthritica, S. sp. 3.

G. XX. CYSTITIS.

Pyrexia; hypogastrii tumor et dolor; mictio frequens dolorifica, vel ischuria; tenesmus.

Cystitis, S. G. 108. L. 31. V. 66. *Sag.* G. 309.
Inflammatio vesicae, *Hoffm.* II. 157.

Species sunt,

I. A. causis internis.

Cystitis spontanea, S. sp. 1.

II. A cauſis externis.

Cyſtitis a cantharidibus, S. sp. 2.
Cyſtitis traumatica, S. sp. 3.

## G. XXI. HYSTERITIS.

Pyrexia; hypogaſtrii calor, tenſio, tumor, et dolor; os uteri tactu dolens; vomitus.

Hyſteritis, L. 38. V. 63.
Metritis, S. G. 107. *Sag.* G. 315.
Inflammatio et febris uterina, *Hoffm.* II. 156.

Species ſunt,

Metritis puerperarum, S. sp. 1.
Metritis typhodes, S. sp. 2.
Metritis lactea, S. sp. 3.

## G. XXII. RHEUMATISMUS.

Morbus ab externa, et plerumque evidente cauſa; pyrexia; dolor circa articulos, muſculorum tractum ſequens, genua et reliquos majores, potius quam pedum vel manuum articulos, infeſtans, calore externo auctus.

Rheumatismus, S. G. 185. L. 62. V. 138. *Boerh.* 1490. *Junk.* 19.
Dolores rheumatici et arthritici, *Hoffm.* II. 317.
Myositis, *Sag.* G. 301.
Lumbago, S. G. 212. V. 138. *Sag.* 169.
Ischias, S. G. 213. V. 138. *Sag.* 170.
Pleurodyne, S. G. 148. V. 138. *Sag.* 254. *Macb.* p. 511.

Species idiopathica,

Rheumatismus acutus, S. sp. 1.
Rheumatismus vulgaris, S. sp. 2.

Variat sede.

A. In musculis lumborum.

Lumbago rheumàtica, S. G. 212. sp. 1.
Nephralgia rheumatica, S. sp. 4.

B. In musculis coxendicis,

Ischias rheumaticum, S. G. 213. sp. 10.

C. In musculis thoracis.

Pleurodyne rheumatica, S. G. 148. sp. 5.
Pleuritis spuria. *Boerh.* 878.

Species symptomaticae.

Lumbago plethorica, S. sp. 3.
Ischias sanguineum, S. sp. 2.
Pleurodyne plethorica, S. sp. 1.

Rheumatismus hystericus, S. sp. 7.
Ischias hystericum, S. sp. 3.
Pleurodyne hysterica, S. sp. 6.

Rheumatismus saltatorius, S. sp. 8.
Pleurodyne flatulenta, S. sp. 4.
Pleurodyne a spasmate, S. sp. 9.

Rheumatismus scorbuticus, S. sp. 4.
Lumbago scorbutica, S. sp. 5.
Pleurodyne scorbutica, S. sp 11.

Ischias syphiliticum, S. sp. 7.
Pleurodyne venerea, S. sp. 5.
Lumbago sympathica, S. sp. 13.

*a mesenterii glandulis induratis,*
*a pancreate tumido, purulento, schirroso, putri,*
*ab induratis pyloro, vena cava, pancreate,*
*a rene schirroso, putrefacto,*
*ab abscessu circa venae cavae bifurcationem,*
*a vermibus intra renes.*

Lumbago a saburra, S. sp. 8.
Pleurodyne a cacochylia, S. sp. 7.

Rheumatismus saltatorius verminosus, S. sp. 8.
Ischias verminosum, S. sp. 8.
Pleurodyne verminosa S. sp. 2.

Rheumatiſmus matallicus, S. sp. 10.

Lumbago a hydrothorace, S. sp. 14.
Lumbago pseudoiscuria, S. sp. 16.
Lumbago ex aneuriſmate, S. sp. 11.
Pleurodyne ex aneuriſmate, S. sp. 10.
Pleurodyne a rupto oesophago, S. sp. 10.
Pleurodyne rachitica, S. sp. 13.

Iſchias a sparganosi, S. sp. 5.
Pleurodyne catarrhalis, S. sp. 14.
Pleurodyne phthiſica, S. sp. 8.

Rheumatiſmus necroseos, S. sp. 14.
Rheumatiſmus convulſivus, S. sp. 15.

Iſchias gravidarum, S. sp. 4.
Lumbago partus, S. sp. 7.
Lumbago a niſu, S. sp. 10.
Iſchias a subluxatione, S. sp. 9.

Rheumatiſmus dorsalis, S. sp. 11.
Lumbago a satyriaſi, S. sp. 15.

Rheumatiſmus febricoſus, S. sp. 9.
Lumbago febrilis, S. sp. 4.
Pleurodyne febricoſa, S. sp. 15.

Rheumatiſmus miliaris, S. sp. 12.
Lumbago miliaris, S. sp. 9.
Pleurodyne miliaris, S. sp. 16.

Rheumatiſmi sequela eſt.

## ARTHRODYNIA*.

Post rheumatismum, nisum violentum vel subluxationem; dolores artuum vel musculorum, sub motu praesertim, aucti, plus minusve fugaces, calore lecti vel alio externo levati; artus debiles, rigidi, facile, et saepe sponte frigescentes; pyrexia nulla; tumor plerumque nullus.

Rheumatismus chronicus *Auctorum*.

Lumbago et ischias aliquando morbi

* Si, ut quidam statuunt, rheumatismus chronicus ab acuto, genere omnino diversus sit, nomen simplex, uti genus omne, habere oportet, et hujusmodi nec ineptum, ut puto, imposui. Porro, cum pro sequela rheumatismi acuti vel rheumatismi simpliciter dicendi, rheumatismum chronicum dictum semper habeo, et cum inter utrumque morbum saepe limites vix statuendi sint, ideoque pro diverso genere rheumatismum chronicum recensere vix potui; rheumatismus tamen chronicus exquisitus ab acuto natura adeo diversus evadit, et medelam adeo diversam exposcit, ut merito nomine prorsus diverso insigniri possit; et si quis pro genere etiam diverso ponere velit, per me profecto licet.

acuti, sed cum saepius chronici sint, plerumque ad hunc locum pertinent.

Lond. Med. Obs. IV. 5.

## G. XXIII. ODONTALGIA *.

* In priori Nosologiae methodicae nostrae editione, Odontalgiam pro rheumatismi specie habui, ac recensui; sed, cum eam a rheumatismo alio quovis causam prorsus diversam, acre, scilicet, membranas sensibiles irritans, habere observaverim, pro genere, a rheumatismo diverso, etiam habere vellem, et hic itaque uti genus diversum posui.

Etiamsi odontalgiam a frigore et aliis iritamentis aliquando suscitari videtur, cariem dentium, diathesin phlogisticam inducentem, semper subesse puto. Sunt fortassis alii morbi, ab acri irritante orti, qui rheumatismum exacte satis referunt; sed de iis nobis non constat. Si tamen revera existeret, ad mentem Clariss. D. COTTUNNI, *Ischias nervosa*, rheumatismi ab acri nervos irritante orti exemplum aliud haberemus: sed neque phaenomena a Cottunnio relata, neque ratio medendi, neque sectiones cadaverum, eiusmodi morbum unquam extitisse mihi probant; ideoque neque hic, neque alibi, *ischiadem nervosam Cottunnii* inter rheumatismi species recensui.

Rheumatiſmus vel arthrodynia maxillarum, a carie dentium.

Odontalgia, S. G. 198. L. 45. V. 145. *Sag.* G. 157. *Junck.* 25. *Macb.* 509.
Odontalgia, ſive rheumatiſmus odontalgicus, *Hoffm.* II. 330.

Varietates ex Sauvageſio ſunt.

Odontalgia carioſa, S. sp. 1.
Odontalgia ſcorbutica, S. sp. 4.
Odontalgia catarrhalis, S. sp. 3.
Odontalgia arthritica, S. sp. 6.
Odontalgia gravidarum, S. sp. 2.
Odontalgia hyſterica, S. sp. 3.
Odontalgia ſtomachica, S. sp. 9.

G. XXIV. PODAGRA*.

Morbus haereditarius, oriens ſine cauſa externa evidente, ſed praeeunte plerumque ventriculi affectione inſolita; pyrexia; dolor ad articu-

* *Arthritis* nomen, utpote apud medicos ambiguum, rejeci, et *podagrae* nomine, utpote typum morbi praecipuum notante, cum celebri BOERHAAVIO uſus ſum.

lum, et plerumque pedis pollici, „ certe pedum et manuum juncturis, „ potiſſimum infeſtus; per intervalla revertens, et saepe cum ventriculi, vel aliarum internarum partium, „ affectionibus alternans.

Podagra, V. 175. *Boerh.* 1254.
Febris podagrica, V. 69.
Arthritis, S. G. 183. L. 60. V. 139. *Sag.* G. 142. *Macb.* p. 487. Lond. Med. Obs. VI. 20.
Dolor podagricus et arthriticus verus, *Hoffm.* II. 339.
Dolores arthritici, *Hoffm.* II. 317.
Affectus spastico arthritici, *Junck.* 46.

Recte forſitan Sauvagesius, more ſibi insolito, hujus morbi non niſi unicam esse speciem affirmavit, sed varietates sequentes notari poſſunt.

I. Podagra (*regularis*) cum inflammatione artuum satis vehementi, per aliquot dies perſtante, et paulatim cum tumore, pruritu, et desquamatione partis, recedente.

Arthritis podagra, S. sp. 1.

Arthritis rachialgica, S. sp. 11. *.
Arthritis aestiva, S. sp. 4.

II. Podagra (*atonica*) cum ventriculi vel alius partis internae atonia, & vel ſine expectata aut solita artuum inflammatione, vel cum doloribus artuum lenibus tantum & fugacibus, & cum dyspepſia vel aliis atoniae symptomatis, subito saepe alternantibus.

Arthritis melanconica, S. sp. 6.
Arthritis hiemalis, S. sp. 2.
Arthritis chlorotica, S. sp. 5.
Arthritis asthmatica, S. sp. 9.

III. Podagra (*retrograda*) cum inflammatione artuum subito receden-

* Ut solitus sum, SAUVAGESII varietates, sive species quas vocat, hic appono; sed tum quod species ejus non semper bene definitae sint, tum quod podagra regularis et atonica a se invicem non semper prorsus disjungantur, in apponendis loco idoneo SAUVAGESII speciebus, me ubique accuratum fore non spondeo.

te, & ventriculi vel alius partis internae atonia mox insecuta.

IV. Podagra (*aberrans*) cum partis internae inflammatione, vel non praegressa, vel praegressa, & subito recedente, inflammatione artuum.

Conjungitur aliquando aliis morbis podagra.

Arthritis rheumatica, S. sp. 3.
Arthritis scorbutica, S. sp. 7.
Arthritis syphilitica, S. sp. 8.

Ad podagram nequaquam pertinere videntur sequentes.

Arthritis rachitica, S. sp. 13.
Arthritis Americana, S. sp. 14.
Arthritis Bahamensis; S. sp. 15.

G. XXV. ARTHROPUOSIS *.

* Cum neque rheumatismum neque podagram in apostema unquam abire credo, est hic morbus ab utroque certe diversus, ideoque pro genere peculiari recensendus. Utinam character ad eum a rheumatismo, arthrodynia, arthrocace, et phlogosi, distinguendum, ubique satis certo da hibendus, dari posset.

Dolores artuum vel partium muſculoſarum, saepe poſt contuſionem profundi, obtuſi, diuturni; tumor vel nullus vel modicus, & diffusus; phlogoſis nulla; pyrexia primum lenis, tandem hectica, & ſimul partis apoſtema.

Lumbago psoadica, S. sp. 6. *Fordyce*, Practice of Physic, P. II. pag. 70. *Cheston*, App. Case 4. et 5.
Lumbago apostematosa, S. sp. 12.
Lumbago ab arthrocace, S. sp. 17.
Ischias ex abscessu, S. sp. 6.
Morbus coxarius, *De Haen*, Rat. Med. Vol. I. C. xxxii.

## O. III. EXANTHEMATA.

Morbi contagioſi, semel tantum in decursu vitae aliquem afficientes; cum febre incipientes; definito tempore apparent phlogoses, saepe plures, exiguae per cutem sparsae *.

* Quo charactere recte definiri, et quibus limitibus circumscribi debeat hic ordo, admodum

Exanthemata, *Sag.* Cl. X.

incertum est. Si eruptiones enim a contagione specifica ortae, solae pro exanthematis, et morbis huius ordinis, habendae sint; certe eruptiones a nulla contagione specifica, sed a quodam febris statu solum, pendentes, inter exanthemata genuina nequaquam recensendae sunt. Ita *petechia* a nobis omittitur, et forsitan tum *miliaria* tum *aphtha* omittenda esset. Dein, cum exanthemata pleraque contagiosa sint, et non nisi semel in decursu vitae aliquem afficiant, omnino idoneum videtur ut haec ab eruptionibus non contagiosis, quae saepe in decursu vitae aliquem afficiant vel afficere possint, rite distinguantur. Variola igitur et erysipelas minus recte sub eodem ordine collocantur. Denique, cum eruptiones in morbo quodam non semper ejusdem sint formae, nec semper, nec certo quovis morbi die, in illo morbo compareant, an ejusmodi morbus inter exanthemata recensendus sit, merito dubitari potest; ideoque an pestis ad exanthematum, an ad febrium ordinem, referri debeat, dubito.

De hisce omnibus utiliter fortassis disputari potest; de iisdem vero certo statuere vix ausim; quod mihi tamen in Nosologia maxime idoneum esse videtur id ex charactere quem dedi satis patebit.

Cum autem ad characteres generum et specierum, ordinis character non omnino necessarius sit, hunc quodammodo neglexi, et hic morbos

a

Phlegmasiae exanthematicae, S. Cl. III. O. I.
Morbi exanthematici, L. Cl. I. O. II.
Febres exanthematicae, V. Cl. I. O. II.

## G. XXVI. VARIOLA.

Synocha contagiosa cum vomitu, &, ex epigaſtrio preſſo, dolore.

Tertio die incipit, & quinto finitur eruptio papularum phlegmonodearum, quae, spatio octo dierum, in suppurationem, & in cruſtas demum abeunt, saepe cicatrices depressas, ſive foveolas in cute, relinquentes.

Variola, S. G. 92. L. 3. *Sag.* G. 290.
Febris variolosa, V. 35. *Hoffm.* II. 49.
Variolae, *Boerh.* 1371. *Junck.* 76.

Species sunt,

I. Variola (*discreta*) pustulis paucis, discretis, circumscriptione circulari-

a Nosologis pro exanthematis habitos pleros-que recensui.

bus, turgidis; febre, eruptione facta, protinus ceſſante.

Variola discreta benigna, S. sp. 1.
Variolae regulares discretae, *Sydenh.* Sect. III. cap. 2.
Variolae discretae simplices, *Helvet.* obs. sp. 1.
Variola discreta complicata, S. sp. 2. *Helv.* sp. 2.
Variolae anomalae, *Sydenh.* Sect. IV. cap. 6.
Variola discreta dysenteriodes, S. sp. 4. *Sydenh.* Sect. IV. cap. 1.
Variola discreta vesicularis, S. sp. 5.
Variola discreta crystallina, *Mead.* de variol. cap. 2.
Variola discreta verrucosa, S. sp. 6. *Mead.* ibid.
Variola discreta siliquosa, S. sp. 7. *Friend.* Oper. p. 358.
Variola discreta miliaris, S. sp. 8. *Helvet.* obs. sp. 3.

II. Variola (*confluens*) puſtulis numeroſis, conuſluentibus, circumscriptione irregularibus, flaccidis, parum elevatis; febre poſt eruptionem perſtante.

Variola confluens, S. sp. 9.
Variolae regulares confluentes, ann. 1667. *Sydenh.* Sect. III. cap. 2.
Variolae confluentes simplices, *Helvet.* obs. sp. 1.

Variola confluens crystallina, S. sp. 10.
Variola Japonica, *Kempfer*.
Vesiculae Divae Barbarae, *C. Pis.* obs. 149. *.
Variola confluens maligna, *Helvet.* obs. sp. 1.
Variola confluens cohaerens, S. sp. 11.
Variola confluens maligna, *Helvet.* sp. 2.
Variola confluens nigra, S. sp. 12. *Sydenh.* Sect. V. cap. 4.
Variola confluens maligna, *Helvet.* sp. 3.
Variola sanguinea, *Mead.* de variolis, cap. 2.
Variola confluens corymbosa, S. sp. 13.
Variola confluens maligna, *Helvet.* sp. 4.

## G. XXVII. VARICELLA.

Synocha.

Papulae poſt brevem febriculam erumpentes, in puſtulas variolae ſimiles, sed vix in suppurationem euntes; poſt paucos dies in squamulas, nulla cicatrice relicta, deſinentes.

Varicella, V. 42.
Variola lymphatica, S. sp. 1.

* Pro specie variolae, has vesiculas hic posuit SAUVAGESIUS. Sed vesiculae a Pisone descriptae potius ad pemphigum pertinere mihi videntur.

Anglis, the CHICKEN-POX, *Edinb. Med. Essays*, Vol. II. Art. 2. near the end. *Heberden.* Med. Transact. Art. 17.

## G. XXVIII. RUBEOLA.

Synocha contagioſa cum ſternutatione, epiphora, & tuſsi ſicca, rauca.

Quarto die, vel paulo ſerius, erumpunt papulae exiguae, confertae, vix eminentes, & poſt tres dies in ſquamulas furfuraceas minimas abeuntes.

Rubeola, S. G. 94. L. 4. *Sag.* 293.
Febris morbilloſa, V. 36. *Hoffm.* II. 62.
Morbilli, *Junck.* 76,

I. Rubeola (*vulgaris*) papulis minimis, confluentibus, corymboſis, vix eminentibus.

Rubeola vulgaris, S. sp. 1.
Morbilli regulares, *Sydenh.* Sect. IV. cap. 5.
Lond. Med. Obs. IV. 19. 20.

Variat

1. Symptomatis gravioribus, & decursu minus regulari.

Rubeola anomola, S. sp. 2.
Morbilli anomali, *Sydenh.* Sect. V. cap. 3.

2. Comitante Cynanche.

Rubeola anginosa, S. sp. 4. *Edinb. Essays*, Vol. V. art. 2.

3. Comitante diatheſi putrida, Clar. *Watson*, Lond. Med. Observ. Vol. IV. Art. XI.

II. Rubeola (*variolodes*) papulis discretis eminentibus.

Rubeola variolodes, S. sp. 3. *.

Scotis the NIRLES.

* SAUVAGESIUM secutus, hunc morbum hic indicavi, etsi multum dubito an recte ad rubeolam referendus sit. Non solum enim forma papularum plurimum differt, sed, quod majoris momenti esse videtur, est plerumque absque symptomatis catarrhalibus, rubeolae adeo propriis.

## G. XXIX. SCARLATINA.

Synocha contagioſa.

Quarto morbi die, facies aliquantum tumens; ſimul in cute paſſim rubor floridus, maculis amplis, tandem coaleſcentibus, poſt tres dies in ſquamulas furfuraceas abiens; ſuperveniente dein ſaepe anaſarca.

Scarlatina, S. G. 98. V. 39. *Sag.* G. 294. *Junck.* 75.

Species ſunt,

I. Scarlatina (*ſimplex*) nulla comitante cynanche.

Scarlatina febris, S. ſp. 1. *Sydenh.* ſect. VI. cap. 2. Soc. Royale I. Mem. p. 10. *Macb.* p. 380.

II. Scarlatina (*cynanchica*) cum cynanche ulceroſa *.

* Spatio quadraginta annorum Scarlatinam ſexies vel ſepties in Scotia epidemicam obſervavi, et in unoquoque exemplo morbus illius ſpeciei erat

Scarlatina anginosa, S. sp. 6. *Withering* on the scarlet fever.

erat quam Scarlatinam anginosam vocat SAUVAGESIUS. Nos Cynanchicam appellavimus, ex eo quod ulceribus faucium internarum fere semper comitata fuit. Cum in plerisque aegris morbus cynanchem malignam plurimum, aliquando satis exacte referebat, nec unquam scarlatinam epidemicam in omnibus aegris simplicem esse viderim, saepe dubitavi annon scarlatina omnis sit cynanchica, et semper idem fere morbus ac cynanche maligna, supra inter Phlegmasias relata. Plures autem rationes in hanc sententiam ire non sinunt. Certe enim, testibus SYDENHAMO perspicacissimo et aliis, scarlatina simplex, sive nulla comitante cynanche, aliquando observata fuit, et datur, itaque contagio quaedam specifica efflorescentiam cutis scarlatinam, et hanc absque affectione quadam cynanchica, gignens. Quod si aliquando etiam contagio sit, fauces afficiens, quae plerumqùe etiam scarlatinam gignat, hoc nihil praeterea mihi probare videtur, quam quod sit contagionum quarundam natura, ejusmodi ut simul tum fauces, tum cutem, afficere valeat. Cum tamen contagiones istae ita differre possint, ut altera cutem, altera fauces magis et primario afficere proclivis sit, hanc differentiam inter scarlatinae et cynanchis malignae contagionem semper inesse puto. In morbo epidemico, quem pro Scarlatina habui, aliquot aegrotantium sine cynanche quacunque erant; et in iis fere omnibus;

De scarlatina porriginosa, S. sp. 3. Sydenh. Sect. VI. Cap. 6. & Scarlatina variolode, S. sp. 5. nobis non liquet.

G. XXX. PESTIS.

Typhus maxime contagiosa, cum summa debilitate *.

Incerto morbi die, eruptio bubonum vel anthracum.

Pestis, S. G. 91. L 2. *Junck.* 78.

bus; quibus adfuit cynanche, haec benigna admodum, ulcera tonsillarum, parva tantum nec serpentia, et plerumque pus bonum fundentia, exhibuit, et morbus raro funestus fuit. In cynanche vero maligna aegrotantes omnes in ipso morbi ingressu, cynanche correpti sunt, et haec fere semper ulcera maligna, foeda, serpentia, grangraenosa ostendebant. Morbus porro putredinis et debilitatis indicia plurima prodens, plerumque exitialis evasit.

* De charactere pestis, lites inter medicos saepe ortae sunt, nec facile dirimendae, ita ut character quibuscumque pestis casibus adhibendus dari possit; sed sufficiat characterem dedisse qui in plerisque adhiberi queat.

Febris pestilentialis, V. 33. *Hoffm.* II. 93.

Variat gradu.

Pestis benigna, S. sp. 2. Pestis Massiliensis Class. 3. Traité de la peste, pag. 41. Ejusdem pestis, Cl. 5ta, Traité, p. 228.

Pestis remittens, S. sp. 9.

Pestis vulgaris, S. sp. 1. Pestis Massil. Cl. 2. Traité, p. 38. Ejusd. Cl. 2. 3. et 4ta, Traité p. 225. etc. Waldschmidt. de peste Holsatica, apud *Halleri*, Diss. pract. tom. V. Chenot de peste Transylvanica 1755. 1759. *De Haen*, Rat. med. Pars xiv. Car. de Mertens de peste Moscovense 1771. Samoilowitz Memoire sur la peste de Moscou 1771. Ejusd. lettre sur l' esperiences des frictions glaciales pour la guerison de la peste. Ejusd. mem. sur l' innoculation de la peste. Unterricht vors volk gegen dic pest. Dantzig. 1770. Muratorius Del Governo della peste. Brescia 1721.

Pestis Aegyptiaca, S. sp. 11. *Alpin.* de med. Aegypt.

Pestis interna, S. sp. 3. Pest. Massil. Cl. 1. Traité, p. 37. 224.

Species dubiae sunt,

Pestis sporadica, S. sp. 4.
Pestis carbunculosa, S. sp. 5.
Pestis Siamaea, S. sp. 8.
Pestis scorbutica, S. sp. 10.

## G. XXXI. ERYSIPELAS *.

Synocha duorum vel trium dierum, plerumque cum somnolentia, saepe cum delirio.

In aliqua cutis parte, saepius in facie, phlogoſis *erythema*, G. VII. sp. 2.

Erysipelas, S. G. 97. L. 10. *Sag.* G. 296.
Febris erysipelacea, V. 68. *Hoffm.* II. 98.
Febris erysipelatosa. *Macb.* p. 382.

Species sunt,

I. Eryſipelas *(veſiculosum)* erythemate, rubedine serpente, latum spa-

* Vox Erysipelas tum pro phlogosi erythemate, tum pro febre erysipelacea, a scriptoribus medicis usurpatur, sed recte SAUVAGESIUS vitium cutaneum; quod nullam febrem, nisi symptomaticam, sibi junctam habeat, erythema appellari, et erysipelas, tantum febris illa exanthematica, quam erythema sequitur, vocari velit. Minus recte forsitan Ill. LINNAEUS erysipelas pro protypo exanthematicorum habuit; inter exanthemata enim, an recte recensetur ipsum erysipelas, dubitari potest.

tium occupante, & locis ejus quibusdam in veſiculas magnas abeunte.

Eryſipelas rosa, S. sp. 1. *Sennert.* de febr. L. II. c. 15.
Febris eryſipelatosa, *Sydenham*, sect. VI. cap. 5.
Erysipelas typhodes, S. sp. 2. *.
Erysipelas pestilens, S. sp. 5. **.
Erysipelas contagiosum, S. sp. 9.

II. Eryſipelas (*phlyctaenodes* ***) ery-

* Haec non nisi varietas erysipelatis vesiculosi, gradu solum differens, esse videtur.

** Haec et sequens non nisi febres cum erythemate symptomatico videntur. Hic tamen notandum est, erysipelas saepe aliquid putridae et gangraenosae indolis prae se ferre; nec dubito quin erysipelas, quod in hac regione, plerumque diathesi phlogistica comitatur, aliquando, praesertim in regionibus calidioribus, cum diathesi putrida adsit; et forsitan duas erysipelatis species, inflammatoriam nempe et putridam, indicare potuissemus; sed de posteriori nobis non satis constat.

*** An haec species ad idem cum erysipelate vesiculoso genus recte referatur, dubito; sed judicent periti.

themate ex papulis pluribus, trunci corporis partes praecipue occupantibus, & protinus in phlyctaenas, ſive veſiculas parvas, abeuntibus.

Eryſipelas Zoſter, S. sp. 8.
Zona, Anglis, The SHINGLES, *Ruſſel* de tabe gland p. 124. Hiſt. 35.
Zona ignea, *Hoffm.* app. tom. III. p. 426.
Herpes Zoſter, S. sp. 9.

Symptomaticum.

Eryſipelas a veneno, S. sp. 3.

Caeterae SAUVAGESII species ad erythema pertinent.

G. XXXII. MILIARIA*.

* Inter medicos, speciatim Viennenses, de indole morbi miliaris nuper acriter disputatum est; et imprimis an unquam idiopathicus, an vero semper symptomaticus sit, certatim quaeritur. Quod nunquam idiopathicus sit, praeter opinionem medicorum, a medio seculi decimi septimi in hunc fere diem, omnium, et contra sententiam medicorum hujus aevi quorundam spectabilium, affirmare non auſim; sed cum experientiam in hac re saepe fallacem, et medicos plerosque

Synochus cum anxietate, frequenti

rosque imitatorum servum pecus fuisse noverim, dubitare cogor; et, utcunque sit, morbum miliarem plerumque symptomaticum fuisse, ex observatione propria, per multos annos frequenti, certo novi. Nunquam contagiosum, nec manifesto epidemicum, quibusdam licet temporibus solito frequentiorem, vidi. Morbis febrilibus quibuscunque, tum inflammatoriis tum putridis, aliquando adjungitur; in nullis tamen, nisi regimine calido et sudoribus praeeuntibus, ortum, et in pluribus, regimine temperato, et sudoribus vitatis, morbum, alias expectandum, prorsus vitatum observavi. In quibusdam corporis partibus quasi arte excitatum aliquoties novi. Denique, cum contagionum specificarum plerarumque indolem materia, si qua datur, miliaris nequaquam imitetur, tum quod certo morbi die eruptionem non efficiat, tum quod non semel tantum, sed saepius in vitae decursu, hominem afficiat. De hujus igitur materiae natura specifica, vel ad morbum quemvis idiopathicum gignendum apta, valde dubito. In hac re mecum sentientem experientissimum et peritissimum Cárolum White habere mihi gratulor. Vide *White* on the Management of Lying-in Women.

Cum autem in hac re me falli potuisse, facile agnosco, ne tamen alios simul fallerem, miliariam inter exanthemata hic recensui, et characterem ejus, quem quivis, hunc morbum pro

suspirio, sudore olido, & punctionibus cutis.

Incerto morbi die erumpunt papulae rubrae, exiguae, discretae, per totam cutem, praeter faciem, crebrae, quarum apices, poſt unum vel alterum diem, puſtulas minimas, albas, brevi manentes, oſtendunt.

Miliaria, L. 7.
Miliaris, S. G. 95. *Sag.* G. 295.
Febris miliaris, V. 37.
Febris purpurata rubra et alba miliaris, *Hoffm.* II. 68.
Febris purpurea seu miliaris, *Junck.* 75.
Germanis der FRIESEL. God. Welsch. Hist. med. de novo puerperarum morbo, qui der FRIESEL dicitur, Lips. 1655.

De hoc morbo scriptores praecipui sunt.

*Hamilton*, de febr. miliar. 1710. *Fantonus*, de febr. mil. 1747. *Allioni* de miliar. 1758. *Fordyce*, de febr. mil. 1748. *Fischer.*

idiopathico habens, dare voluerit, exhibui, peritis quibusvis hanc rem certius dijudicandam relinquens.

de febr. mil. 1767. *De Haen*, de divis. febr. 1760., et in Ratio med. passim, *Matt. Collin* ad *Baldinger* de miliar. 1754. Baraillon sur la fievre miliaire, Soc. Royale I. Mem. p. 193. ibid. II. Hist. p. 198.

Gastellier sur la fievre miliaire des femmes en couche Montargis 1779. Varnier sur la fievre miliaire de Normandie, Soc. Royale III. Mem. p. 281.

Ad Idiopathicam, ſi qua datur, pertinent

Miliaris benigna, S. sp. 1.
Miliaris maligna, S. sp. 2.
Miliaris recidivans, S. sp. 3.
Miliaris Germanica, S. sp. 5.

Symptomaticae manifeſto sunt,

Miliaris Boia, S. sp. *a*.
Miliaris Britanica, S. sp. *i*.
Miliaris nova febris, *Sydenh.* Sched. monit, S. sp. *d*.
Miliaris sudatoria, S. sp. *e*.
Miliaris nautica, S. sp. *g*.
Miliaris purpurata, S. sp. *h*.
Miliaris lactea, S. sp. *c*.
Miliaris puerperarum, S. sp. *k*.
Miliaris scorbutica, S. sp. *l*.
Miliaris critica, S. sp. *b*.

## G. XXXIII. URTICARIA *.

Febris amphemerina **.

Die secundo rubores maculoſi, urticarum puncturas referentes, interdiu fere evanescentes, vespere cum febre redeuntes, et poſt paucos dies in squamulas minutissimas penitus abeuntes ***.

Febris urticata, V. 40.

* Est morbus ab Anglis, *The Nettle Rash* dictus, qui quibusdam Urticaria audit; sed morbus ille, *The Nettle Rash*, ut ab eruditissimo viro G. HEBERDEN, in Coll. Reg. Med. Lond. Actis describitur, et qualem saepius ipsi vidimus, est ab urticaria nosologorum omnino diversus, utpote sine febre chronicus, et ad Impetigines fortassis referendus.

** Hanc in priori editione contagiosam dixi; sed ex propria experientia cantagiosam fuisse non novi, et quo auctore contagiosam antea dixi, nunc non invenio.

*** Ad aliorum potius quam meipsius mentem hic character conscriptus est; nam hunc morbum raro vidi, et nunquam epidemicum, vel regulariter, ut hic describitur, decurrentem, observavi,

Uredo, L. 8.
Purpura urticata, *Junck* 75.
Scarlatina urticata, S. sp. 2.
Eryſipelatis species altera, *Sydenh.* Sect. VI. cap. 6.
Febris scarlatina, et febris urticata, *Meyserey*, Mal. des armées, 291. et seq.

G. XXXIV. PEMPHIGUS.

Typhus contagiosa.

Primo, secundo, aut tertio morbi die, in variis partibus veſiculae, avellanae magnitudine, per plures dies manentes, tandem ichorem tenuem effundentes.

Pemphigus, S. G. 93. *Sag.* 291.
Morta, L. I.
Febris bullosa, V. 41.

Species ex Sauvagesio sunt *.

* Cum pemphigum, quem pro exanthemate habere possim, nondum ipse viderim, et in scriptis medicorum de ejusmodi morbo paucissima tantum invenerim, quae in Nosologia nostra de eo dicenda essent, omnia fere ex Sau-

Pemphigus major, S. sp. 1.
Exanthemata serosa, *C. Pison.* obs. 150.

VAGESIO necessario depromenda erant. Eum itaque secutus sum; sed hunc morbum lubenter ipse prorsus omisissem, cum omnia fere de eo dicta, dubia, obscura, et ambigua mihi videntur. Quae ex sui ipsius aut CAROLI PISONIS observatione habet SAUVAGESIUS, omnino credere fas est; quae autem ex CHRISTOPHORI SELIGBRI, tenuis certe judicii hominis, observatione duxit, parum attentione digna mihi videntur. Quae porro ex D. THIERRY relatione adducuntur meam fidem omnino superant: Nimirum, *quod in morbo admodum exitiali acetum bezoarticum, a medico quodam datum, omnes salvos fecit, interea dum vix unus, aliis medicis com missus, mortem evadebat*. Denique, de morbo admodum ambiguo a D. LANGHANS, in Actis Helveticis descripto, donec aliae observationes rem elucidaverint, nihil concludere vellem. Nihil aliud fortassis, quam cynanche maligna fuit ille morbus, et ad summum quod pemphigus omnis morbus symptomaticus sit, satis verisimile videtur. Paulo postquam haec impressa sunt, Collega noster eximius Franciscus Home mihi hominem leviter febricitantem ostendit, cui primum in brachiis, et successive demum in toto corpore, vesiculae magnitudinis avellanae obortae sunt, et post duos tresve dies effuso humoris serosi pauxillo collapsae sunt. Haec febris autem nullam indolem vel typum peculiarem monstrabat et cito disparuit nequaquam contagiosa.

Febris pemphigodes, Ephem. Germ. D. I. A. VIII. obs. 56.
Pemphigus castrensis, S. sp. 2.
Febris syneches, cum vesiculis per pectus et collum sparsis, *Morton*. app. ad exerc. II.
Pemphigus Helveticus, S. sp. 3. *Langhans* in Act. Helvet. vol. 2. p. 260. et in *Beschreibung* des Siementhals, Zurich 1753.
Febris Vesicatoria, *Macb*. p. 389.
De pemphigo Indico, S. sp. 4. et
Pemphigo Brasiliensi, S. sp. 5. non liquet.

## G. XXXV. APHTHA.

Synochus *.

Lingua tumidiuscula; linguae & faucium color purpurascens; escharae in faucibus & ad linguae margines primum comparentes, os internum totum demum occupantes, albidae,

* An aphtha inter exanthemata recensenda sit, dubito. Aphtha enim quaeque fere quam ego vidi sine febre fuit; et si quando cum aphtha infantum febris adfuit, haec fere semper aphthae supervenerat. Aphtha adultorum quidem saepe febri supervenit. Sed febribus diversarum specierum plerumque sub earum finem jungitur, nec, quantum novi, febris quaevis aphthae propria, a medicis nota, vel quidem dicta fuit.

aliquando discretae, saepe coalescentes, abrasae cito renascentes, & incerto tempore manentes.

Aphtha, S. G. 100. L. 9. *Sag.* 298. *Boerh.* 978. *Hoffm.* II. 478. *Junck.* 137.
Febris aphthosa, V. 44.

Speciem idiopathicam unicam tantum novi.

Aphtha *infantum*.

Aphtha lactucimen, S. sp. 1.

Symptomatica videntur,

Aphtha febrilis, S. sp. 2.
Aphtha maligna, S. sp. 3.

Manifeſto symptomaticae sunt

Aphtha syphilitica, S. sp. 4.
Aphtha scorbutica, S. sp. 5.

Exanthema symptomaticum est

Purpura, S. G. 96. *Sag.* G. 292. *.
Petechia, L. 5.

* Cum in quibusvis febribus, vel intermit-

## O. IV. HAEMORRHAGIAE *.

Pyrexia cum profuſione sanguinis absque vi externa; sanguis missus ut in phlegmaſiis apparet.

tentibus vel continuis, in quibusvis etiam exanthematis et profluviis, modo in iis morbis sit quaedam ad putredinem proclivitas, appareant petechiae; has pro efflorescentia symptomatica, potius quam pro exanthemate idiopathico, habere volui.

* Classem Fluxuum apud SAUVAGESIUM et SAGARUM, vel Profluviorum apud VOGELIUM, vel morborum evacuatoriorum apud LINNAEUM, cum illa morbos tum facie, tum natura omnino dissimiles conjunxerit minime naturalem esse, nec proinde idoneam putavi. In nostram igitur Nosologiam ejusmodi classem admittere nolui, et morbos in ea recensitos aliorsum referendos esse censui. Illi quos pyrexia quaedam semper comitatur, sub classe Pyrexiarum certe recensendi sunt; et hic igitur haemorrhagias *activas* quas vocant posui. HOFFMANNUM sequor, qui mox post febres de ejusmodi haemorrhagiis tractavit, et in praefatione rationem reddidit; quod, scilicet, » *probe consideratis phaenomenis, et paulo pensiculatius subductis rationibus, sanguinis eruptiones iisdem propemodum, utut, non satis completis motibus quibus febres oriuntur, progignuntur.* »

Haemorrhagiae, V. Cl. II. O. I. *Hoffm.* II. 194. *Junck* 5.
Sanguifluxus, S. Cl. IX. O. I. *Sag.* Cl. V. O. I.

## G. XXXVI. EPISTAXIS *.

Capitis dolor vel gravitas; faciei rubor; profuſio sanguinis e naribus.

Epistaxis, V. 82.

Haemorrhagia, S. G. 239. L. 173. *Sag.* G. 174.
Haemorrhagia narium, *Hoffm.* II. 196. *Junck.* 6.

### I. Idiopathica.

Haemorrhagia plethorica, S. sp. 2. *Hoffm.* II. 198.

Variat ratione aetatis,

* Recte tum in Criticis Botanicis, tum in Philosophia Botanica, No. 233. monuit LINNAEUS, » *Nomina generica, cum classium et ordinum naturalium nomenclaturis communia, omittenda esse*, » Contra hanc regulam tamen ipse peccat, cum vocabulo haemorrhagia, classis vel ordinis naturalis appellatione satis frequenter usitata, pro nomine generico utatur. Nec quidem, cum erraverit, ipse HIPPOCRATES imitandus sit. Hujus generis itaque nomen mutandum erat, et a VOGELIO quod hic usurpatum est desumpsi.

Epiſtaxis (*juniorum*) cum ſignis plethorae arteriosae.

Epiſtaxis (*senum*) cum ſignis plethorae venosae.

II. Symptomaticae.

1. A cauſis internis.

Haemorrhagia febrilis, S. sp. 3.
Haemorrhagia critica, S. sp. 4. *Hoffm.* II. 198.
Haemorrhagia insalubris, S. sp. 5. *Hoffm.* ibid.
Haemorrhagia in chronicis, S. sp. 6.

2. A cauſis externis.

Haemorrhagia passiva, S. sp. 1.
Haemorrhagia ab hirudine, S. sp. 7.

G. XXXVII. HAEMOPTYSIS.

Genarum rubor; moleſtiae aut doloris, & aliquando caloris, in pectore sensus; dyspnoea; titillatio faucium; tussis aut tussicula sanguinem floridum, saepe spumosum rejiciens.

Haemoptysis, S. G. 240. L. 179. V. 84. *Sag.* G. 175. *Junck.* 8.

Haemoptoe, *Boerh.* 1198.
Sanguinis fluxus ex pulmonibus, *Hoffm.* II. 202.

Species idiopathicae sunt,

1. Haemoptyſis (*plethorica*) nulla vi externa applicata, neque praegressa tussi aut evacuationis solitae suppressione.

2. Haemoptyſis (*violenta*) a vi externa applicata.

Haemoptysis accidentalis, S. sp. 1.
Haemoptysis habitualis, S. sp. 2.
Haemoptysis traumatica, S. sp. 12.

3. Haemoptyſis (*phthiſica*) poſt tuſſim cum macie & debilitate diuturnam.

Haemoptysis phthisica, S. sp. 9.
Haemoptysis ex tuberculo pulmonum, S. sp. 10.
Haemoptoe, Lond. Med. Obs. IV. 16. 18.

4. Haemoptyſis (*calculosa*) rejectis ſimul moleculis calculoſis plerumque calcariis.

Haemoptysis calculosa, S. sp. 14.

5. Haemoptyſis (*vicaria*) poſt evacuationis solitae suppressionem.

Haemoptysis catamenialis, S. sp. 4.
Haemoptysis periodica, S. sp. 5.

Symptomaticae sunt,

Haemoptysis *pneumonica*,
Haemoptysis catarrhalis, S. sp. 8.
Haemoptysis peripneumonica, *Laelii a fonte.*
Haemoptysis *exanthematica*.
Haemoptysis variolosa, *S.* sp. 7.
Haemoptysis rubeolosa.

Haemoptysis *hydropica*.
Haemoptysis ascitica, S. sp. 15.
Haemoptysis hydrothoracica.
Haemoptysis *cachectica*.
Haemoptysis splenetica, S. sp. 16.

Ineptae & spuriae sunt,

Haemoptysis a diapedesi, S. sp. 3.
Haemoptysis a sphacelo pulmonum, S. sp. 11.
Haemoptysis scorbutica, S. sp. 6.
Haemoptysis Helvigiana, S. sp. 17.
Haemoptysis ab hirudine, S. sp. 13.

Haemoptyseos sequela est

# PHTHISIS.

Corporis emaciatio & debilitas, cum tussi, febre hectica, & plerumque expectoratione purulenta.

Phthisis, S. G. 276. L. 208. V. 319. *Sag.* 101. *Junck* 33.
Phthisis pulmonalis, *Boerh.* 1196.
Affectio phthisica, sive tabes pulmonalis, *Hoffm.* III. 284. Lond. Med. Obs. IV. 18. 23. V. 33.
Simmons on consumptions 1780.

Species sunt,

I. Phthiſis (*incipiens*) ſine expectoratione puris.

Phthisis incipiens, *Morton.* Physiolog. L.II. c.3.
Phthisis sicca, S. sp. 1.

II. Phthiſis (*confirmata*) cum expectoratione puris.

Phthisis confirmata *Auctorum*.
Phthisis humida, S. sp. 2.

Variat utraque species,

Ratione causae remotae.

Phthisis haemoptoica, S. sp. 6.
Phthisis a peripneumonia, S. sp. 11.
Phthisis asthmatica, S. sp. 5.
Phthisis calculosa, S. sp. 7.
Phthisis exanthematica, S. sp. 14.
Phthisis a febribus, S. sp. 13.
Phthisis rheumatico-arthritica, S. sp. 12.
Phthisis chlorotica, S. sp. 10.
Phthisis icteritia, S. sp. 15. *Schacht.* de phthisi icterit. 1724.
Phthisis hypochondriaca, S. sp. 16.
Phthisis scrophulosa, S. sp. 3.
Phthisis chylosa, S. sp. 17.
Phthisis scorbutica, S. sp. 4.
Phthisis syphilitica, S. sp. 8.
Phthisis a plica, S. sp. 19.
Phthisis a metastasi puris, S. sp. 9.

Variat ratione fontis purulentae.

Phthisis a vomica, S. sp. 18.
Phthisis cellularis, S. sp. 20. *De Haen*, Rat. medendi, vol. I. cap. 7. 11. Ed. Leid. *.

G. XXXVIII. HAEMORRHOIS.

Capitis gravitas vel dolor; vertigo;

* Utrum, de hoc fonte puris, recte an secus judicaverit HAENIUS, hujusmodi species vix in Nosologia locum habere potest, cum a signis quibusvis externis dignosci non queat.

lumborum dolor; dolor ani; circa anum tubercula livida dolentia, e quibus plerumque profluit sanguis, qui aliquando etiam, nullo tumore apparente, ex ano ſtillat.

Haemorrhois, S. G. 217. L. 192. *Sag.* G. 182. *Mach.* p. 481.
Haemorrhoidalis fluxus, *Hoffm.* 219.
Haemorrhoides, *Junck.* 11. et 12.
Leucorrhois, V. 112.
Proctalgia haemorrhoidalis, *Mach.* p. 540.

Species sunt,

1. Haemorrhois (*tumens*) externa a mariscis.

Marisca, S. G. 35. *Sag.* G. 37.

Variat,

A. Cruenta.

Haemorrhois moderata, S. sp. 1.
Haemorrhoides ordinatae, *Junck.* 11.
Haemorrhoides nimiae, *Junck.* 11.
Haemorrhois immodica, S. sp. 2.
Haemorrhoides excedentes, *Alberti* de haemorrhoid. pag. 179.
Haemorrhois polyposa, S. sp. 3.

B. Mucosa.

Haemorrhoides decoloratae, albae, et mucidae, *Junck.* 13. *Alberti*, pag. 248.
Proctalgia intertriginosa, *Macb.* p. 541.

2. Haemorrhois (*procidens*) externa a procidentia ani.

Haemorrhois ab exania, S. sp. 4. Med. Ess. Liter. et Phys. II. 27. *Morg.* de caus. Ep. XXXIII.

3. Haemorrhois (*fluens*) interna absque tumore externo, vel procidentia ani *.

* Stahlius, et ejus sequaces distinxerunt haemorrhoides in internas, quae sanguinem ex ramis venae portarum, et externas, quae sanguinem ex ramis venae cavae profundunt; sed, quantum video, scaturigo sanguinis profusi nullo modo dignosci queat. Huic itaque distinctioni nullus locus esse videtur, nec, si esset, quicquid ad distinguendam morbi naturam, vel effectum, conferre posset; nam arteriae et venae, ad inferiorem intestini recti partem pertinentes, ortu utcunque diversae, tam frequenter inter se invicem communicantur et conjungantur, ut uniuscujusvis affectio

4. Haemorrhois (*caeca*) cum dolore & tumore ani, ſine profuſione sanguinis.

Haemorrhoides caecae. *Junck.* 12. *Alberti*, pag. 274. *.
Proctalgia inflammatoria, *Macb.* p. 540.

## G. XXXIX. MENORRHAGIA.

Dorſi, lumborum, ventris, parturientium inſtar, dolores; menſtruorum

affectio ad alteram statim communicari, et utriusvis effectus fere idem semper esse oporteat. Non ideo haemorrhoidem internam et externam ad mentem Stahlianorum distinxi, sed prout scaturigo sanguinis profluentis magis intra vel extra anum fuerit.

* Haemorrhois saepe corporis universi morbus est, sive a quodam universi corporis statu pendens; sed saepe etiam morbus est mere localis. Non tamen hujusmodi species ad morbos locales referre volui; quoniam haemorrhois quaevis, etiamsi initio mere localis sit, si saepius, ut solet, redierit, tandem, sicut haemorrhagia alia quaevis saepe rediens, necessario fit universi corporis morbus. Affines itaque separare nolui, et haemorrhoidem quidem omnem hic inter morbos universales recensendam esse censui.

copioſior, vel sanguinis e vagina praeter ordinem fluxus.

Menorrhagia, S. G. 244. L. 202. V. 96.
Metrorrhagia, *Sag.* G. 179.
Uteri haemorrhagia, *Hoffm.* II. 224.
Haemorrhagia uterina, *Junck.* 14.
Leucorrhoea, S. G. 267. L. 201. V. 119. *Sag.* G. 202.
Cachexia uterina, sive fluor albus, *Hoffm.* III. 348.
Fluor albus, *Junck.* 133, *.
Abortus, S. G. 245. L. 204. *Sag.* G. 180. *Junck.* 92.
Abortio, V. 97.
Fluor uterini sanguinis, *Boerh.* 1303.
Convulsio uteri, sive abortus, *Hoffm.* III. 176.

* Leucorrhoeam, sive fluorem album *auctorum*, hic ad menorrhagiae genus retuli, et leucorrhoeam sine vitio locali omnem huc omnino referendam esse censeo. Plerumque enim, et fere semper, leucorrhoea vel cum menorrhagia conjuncta est, vel eam mox secuta, et a temporibus quando apparet leucorrhoea serum sub hac effusum ab iisdem vasis, quae menses profundunt, provenire, et saepe leucorrhoeam ab iisdem causis ac menorrhagiam rubram oriri, satis verisimile est.

Species sunt,

1. Menorrhagia (*rubra*) cruenta in non gravidis nec puerperis.

Menorrhagia immodica, S. sp. 3. a *Pasta*. Diss. sopra i mestrui.
Menorrhagia stillatitia, S. sp. 2.

2. Menorrhagia (*abortus*) cruenta in gravidis.

Menorrhagia gravidarum, S. sp. 6. *Pasta* intorno al flusso di sangue dall' utero nelle gravide.
Abortus effluxio, S. sp. 1.
  a. Abortus subtrimestris.
  b. Abortus subsemestris.
  c. Abortus octimestris.
Abortus ab uteri laxitate, S. sp. 2.

3. Menorrhagia (*lochialis*) cruenta in puerperis.

Menorrhagia lochialis, S. sp. 8. *Pasta* diss. supra citat.

4. Menorrhagia (*vitiorum*) cruenta ex vitio locali.

Menorrhagia ex hysteroptosi, S. sp. 5.

Menorrhagia ulcerosa, S. sp. 9.

5. Menorrhagia (*alba*) serosa ſine vitio locali in non gravidis *.

Leucorrhoea, G. ut supra.
Menorrhagia decolor, S. sp. 7.
Leucorrhoea Americana, S. sp. 5.
Leucorrhoea Indica, S. sp. 6.

6. Menorrhagia (*Nabothi*) serosa in gravidis.

* Hic fortassis lector eruditus mirari possit, quod ad clariss. medici Parisiensis RAULIN, de fluore albo librum, *Traité des fleurs blanches*, neque studiosos relegaverim, neque species fluoris albi varias ab illustri auctore indicatas ipse recensuerim. Recte an secus fecerim, peritis dijudicandum relinquo; sed quod non fecerim haec causa fuit. Plura in libro illo ingenioso subtilius, quam verius dicta, mihi videntur; et vel quomodo fluor albus, ab aliarum praeter uteri partium affectione oriri possit, non intelligo, vel quod revera oriantur, ex meis saltem observationibus, forsan paucioribus, mihi nequaquam constat. Lectores itaque nostros potius ad auctorem ipsum relegare, quam doctrinam ejus male intellectam, et forsan minus recte traditam, hic exhibere velim.

Leucorrhoea Nabothi, S. sp. 9.
Leucorrhoea gravidarum, S. sp. 8.

Menorrhagiam serosam, ſive leucorrhoeam ex vitio locali, ad morbos locales referendam eſſe censeo.

Haemorrhagiae sequentes plerumque, ſi non semper, symptomaticae sunt.

STOMACACE, S. G. 241. L. 175. V. 85. *Sag.* G. 176.

Vel scorbuti, vel vitii oris, vel injuriae externae, symptoma eſt. Cum autem species SAUVAGESII fere omnes recensere idoneum duco nunc sequenti serie recenſitas velim.

Haematemesis plethorica, S. sp. 1.
catamenialis, S. sp. 5.
ex splene, S. sp. 7.
ex hepate, S. sp. 13.
ex pancreate, S. sp. 6.

Haematemesis atra, S. sp. 12.
scorbutica, S. sp. 8.

ex aneurismate, S. sp. 2.
carnosis cruenta, S. sp. 11.

traumatica, S. sp. 3.
ab hirudine, S. sp. 4.
cholerica, S. sp. 9.
a veneno, S. sp. 14.

Simulata, S. sp. 10.

Apud SAUVAGESIUM species sunt,

1. Stomacace scorbutica.
2. Stomacace universalis.
3. Stomacace ab haemorrhoo.
4. Stomacace purulenta.

HAEMATEMESIS, S. G. 242. L. 184. V. 89. G 177.

Plerumque haemorrhagiae solitae vicaria eſt, vel vitii ventriculi localis, vel morbi nigri, vel denique vis externae, symptoma eſt.

1. Haematemesis plethorica.
2. Haematemesis ex aneurismate.
3. Haematemesis traumatica.
4. Haematemesis ab hirudine.
5. Haematemesis catamenialis.
6. Haematemesis ex pancreate.
7. Haematemesis ex splene.
8. Haematemesis scorbutica.
9. Haematemesis cholerica.
10. Haematemesis simulata.

11. Haematemesis carnoso-cruenta.
12. Haematemesis atra.
13. Haematemesis ab hepate.
14. Haematemesis a veneno.

HAEMATURIA, S. G. 243. L. 198. V. 92. *Sag.* G. 178.
Edinb. Ess. V. 72.

Plerumque calculi renalis, aliquando febrium putridarum symptoma eſt.

Species secundum SAUVAGESIUM sunt.

Haematuria spontanea, S. sp. 1.
catamenialis, S. sp. 12.

calculosa, S. sp. 5.
nigra, S. sp. 11.
purulenta, S. sp. 4.

violenta, S. sp. 2.
traumatica, S. sp. 14.
haemorrhoidalis, S. sp. 9.
ejaculatoria, S. sp. 7.

Haematuria stillatitia, S. sp. 8.

in exanthematicis, S. sp. 6.
Spuria, S. sp. 10.
deceptiva, S. sp. 3.

a transfusione, S. sp. 13.
a verme, S. sp. 15.

CYSTIRRHAGIA, V. 93.

Plerumque calculi vesicalis, rarius alius morbi vesicae, symptoma.

## O. V. PROFLVIA *.

Pyrexia cum excretione aucta, naturaliter non sanguinea.

Profluvia, V. GL. II.

### G. XL. CATARRHUS.

Pyrexia saepe contagiosa; muci, ex glandulis membranae narium, faucium, vel bronchiorum, excretio aucta; saltem hujus excretionis molimina.

* Ob eandem rationem qua haemorrhagias, profluvia etiam febrilia quaedam hic in classe pyrexiarum collocavi. Catarrhus quidem, pyrexia et diathesi phlogistica, phlegmasiis maxime affinis est; et dysenteria non solum pyrexia semper comitatur, sed in multis etiam a fluxibus aliis quibusvis differt.

Catarrhus, S. G. 186. V. 98. *Sag.* G. 145.
Coryza, L. 174. V. 100. *Sag.* G. 196.
Rheuma, S. G. 149. *Sag.* G. 255.
Tussis, S. G. 142. L. 155. V. 205. *Sag.* G. 249. *Junck.* 30.
Tussis catarrhalis et rheumatica, *Hoffm.* III. 109.

Genera sequentia ad hunc titulum referenda, plerumque symptomatica sunt.

Anacatharsis, S. G. 262. *Sag.* 198.
Expectoratio, L. 178.
Raucedo, L. 146.
Raucitas, V. 252.
Gravedo, L. 42.

## Sp. 1. Catarrhus a frigore.

Catarrhus benignus, S. sp. 1.
Catarrhus pectoreus, S. sp. 6.
Coryza catarrhalis, S. sp. 1.
Coryza phlegmatorrhagia, S. sp. 2. *Salmuth.* obs. cent. 1. 37. *Junck.* 28. *Morgagn.* de sed. XIV. 21.
Coryza febricosa, S. sp. 6.
Tussis catarrhalis, S. sp. 1. *N. Rosen* Diss. apud *Haller*, disput. pract. tom. II.
Rheuma catarrhale, S. sp. 1.
Amphimerina catarrhalis, S. sp. 2.
Febris remittens catarrhalis, *Macb.* p. 359
Amphimerina tussiculosa, S. sp. 1. ?
Cephalalgia catarrhalis, S. sp. 10. 3

## Sp. 2. Catarrhus a contagio.

Catarrhus epidemicus, S. sp. 3.
Rheuma epidemicum, S. sp. 2.
Synocha catarrhalis, S. sp. 5.

## Hujus exempla sunt.

An. 1323. Cronica meteorologica della Toscana, apud *Targioni Tozzetti* Osservaz. Med. Raccolta I. pag. 175.
1328. Ibid.
1358. Ibid.
1387. Ibid.
*Valescus de Taranta* apud *Morgagn.* de sedibus XIII. 4.
*Marchesi* ibid.
1510. *Valleriola* append. ad loc. com. cap. 2.
1575. *Valleriola*, ibid.
*Riverii* Obs. in biblioth. vet. repert. obs. IX.
*Foresti*, L. VI. obs. 1.
1580. *Haenischius* in *Aretaeum*, pag. 315. 396.
*Wieri*, Obs. L. II.
*P. Sal. Diversus*, de febre pestilenti, cap. XI.
*Forestus*, L. VI. obs. 3.
*Riverii* Obs. in biblioth. vet. repert. obs. X.
*Sennertus* de febre, L. IV. cap. 17.
1591. *Sennertus*, ibid.
*Pechlin*, L. II. Obs. 17.

Anno 1658. *Willis* de febribus, cap. 16.
1675. *Sydenham*, Sect. V. cap. 5.
*Raygerus* in Ephem. Germ. D. I. A. VI. et VII. obs. 213.
*P. de Sorbait.*
1679. *Sydenham*, Ep. resp. ad *R. Brady.*
*Zod.*med.Gall.A I. Decemb.obs.6.
1708. *Schroeckius* in Ephem.Germ. Cent. I. et II. in append. pag. 14.
1709. *Hoffm.* II. 47.
1712. *Camerarius* in Ephem.Germ. Cent. III. et IV. ob. 58.
*Schroeckius*, ibid.in append. pag.26.
1729. et 1730. *Hoffm.* II. 109.
*C. Fr Loew.* in append. ad A. N.C. vol. III.
*Scheuchzer*, Obs. meteorol. in app. ad A. N. C. vol. IV.
*Morgagni* de sed. et caus. XIII. 3. 4.
*Beccarius*, A. N. C. III. obs. 48. pag. 142.
*Hillary* on weather and diseases, pag. 35.
*Wintringham*, Comm. Nosolog. pag. 319.
*Rutty's* hist. of weather, pag. 17.
*Perkin's* Soc. Royale I. Hist. p. 209.
1732. et 1733. *Commerc. lit. Norimb.* 1733. pag. 6. 52. 108. 267.
*Detharding* de febr Eyderostad. apud *Halleri* disputat. pract. vol. V.
*Edin. Med. Ess.* vol. II. art. 2.
*Hillary* of weather, etc. pag. 47.

Anno 1732. et 1733. *Winteringham*, Comm. Nosolog. p. 354.
*Huxham* de aëre, etc, 1733. M. Febr.
*Rutty's* hist. of weather, pag. 30.
1737. Jan. *Rutty*, ibid. pag. 60.
Octob. *Rutty*, ibid. 60.
Iulio. *Comm. lit. Norimb.* 1737., pag. 347.
1742. 1743. *Comm. lit. Norimb.* 1743., pag. 106. 188. 313. 336.
*Juch* et *Zuberbuhler* de febre catarrhali, apud *Haller*. Disp. pract. tom. V.
*Huxham* de aëre, 1743. M. April.
*Rutty*, hist. of weather, p. 99.
*Targioni Tozzetti*. Racolt. I. di osservaz. Med. pag. 176.
1748. *Cleghorn*, Minorca, pag. 132.
*Perkin's* Soc. Royale I. Hist. p. 210. et suivans.
1758. *Rutty*, hist. of weather, pag. 211.
*Whytt*, Lond. Med. Obs. vol. II. art. 13.
1762. *Baker* de catarrho, Lond. 1764.
*Monro*, Dis. of mil. hosp. pag. 137. *Macb.* p. 333.
1767. *Heberden*, Med. transanct. I. art. 18. *Macb.* p. 334.
1775. Lond. Med. Obs. VI. 30.
1779. et 1780. Soc. Royale III. Mem. p. 16.
Saillant Tableau des Epidemies catarrhales 1780.

Inter catarrhi, coryzae, et tussis species apud SAUVAGESIUM, symptomaticae sunt,

Catarrhus rubeolosus, S. sp. 5.
Tussis exanthematica, S. sp. 20.
Coryza variolosa, S. sp. 4.
Coryza virulenta, S. sp. 3.
Coryza purulenta, S. sp. 5.

Tussis accidentalis. S. sp. 4.
Tussis gutturalis, S. sp. 8.
Tussis xerolaryngea, S. sp. 23.
Tussis verminosa, S. sp. 21.

Tussis sicca, S. sp. 3.
Tussis calculosa, S. sp. 22.
Tussis phthisica, S. sp. 17.
Tussis haemoptoica, S. sp. 15.
Tussis a polypo, S. sp. 16.

Tussis a dentitione, S. sp. 11.
Tussis stomachalis humida, S. sp. 6.
Tussis stomachalis sicca, S. sp. 7.
Tussis hysterica, S. sp. 2
Tussis gravidarum, S. sp. 14.
Tussis hepatica, S. sp. 9.
Tussis rheumatica, S. sp. 18.
Tussis arthritica, S. sp. 19.
Tussis metallicolarum, S. sp. 4.

## XLI. DYSENTERIA.

Pyrexia contagiosa; dejectiones frequentes, mucosae, vel sanguinolentae, retentis plerumque foecibus alvinis; tormina; tenesmus.

Dysenteria, S. G. 248. L. 191. V. 107. *Sag.* 183. *Hoffm.* III. 151. *Junck.* 76.

Non nisi speciem unicam novi, cujus nomina apud SAUVAGESIUM sunt,

Dysenteria epidemica, S. sp. 6. *Sydenham*, sect. IV. cap. 3. *Helwich.* in hist. morb. Wratislav. ann. 1699. *Degner.* de Dysenteria Neomagensi 1736. *Huxham*, de aëre, etc. ad ann. 1743. *Cleghorn's* Minorca, chap. 5. *Grimm.* hist. dysenteriae malign. 1759. etc. in append. ad A. Nov. N. C. vol. III. *Baker* de catarrho et dysenteria, Lond. 1762. *Akenside* de dysenteria, Lond. 1762. *Stark*, Hist. et sectiones dysenteric. diss. inaug. L. B. 1766. *Zimmerman* von der Ruhr. *Zurich.* 1767. Soc. Royale III. Mem. p. 32.

Dysenteria castrensis, S. sp. 7. *Rammazzini* de morb. artific. cap. 40. Illust. *Pringle*, Dis. of the army, pag. 224. Cl. *Monro*, Dis. of mil. hospitals, pag. 57.

Dysenteria aequinoctialis, S. sp. 14. *Bont.* de med. Ind. cap. 3.

Variat.

1. Vermibus comitata.

Dysenteria verminosa, S. sp. 15. *Huxham* de aëre, etc. ad ann. 1743. M. *Maio.* III. *Pringle*, pag. 225. *Monro*, pag. 62.

2. Rejectis moleculis carnosis, vel sebaceis.

Dysenteria carnosa, S. sp. 16.
Diarrhoea carnosa, S. sp. 5. *Wedelius* Ephem. Germ. D. II. A. II. obs. 182. *Wagner*, ibid. D. II. A. III. obs. 187. cum scholio *Schroeckii*. *Morgagn.* de sed. Ep. XXXI. 17—24. III. *Pringle*, pag. 137. *Monro*, pag. 62.

3. Febre intermittente comitata.

Dysenteria intermittens, S. sp. 17. *Morton* in append. ad Exerc. II. *Cleghorn's* Minorca, pag. 236. *Lautter*. hist. med. bienn. cas 17. 20.

4. Sine sanguine.

Dysenteria alba, S. sp. 10. *Willis*, Pharm. rat. P. I. Sect. III. cap. 5. *Sydenham*, Ed.

Leid. pag. 179. *Morgagn.* de sed. Ep. XXXI. 11. Ill. *Pringle*, pag. 221. Cl. *Monro*, pag. 61. *Roederer* de morbo mucoso, Gotting. 1762.

5. Miliaria comitata.

Dysenteria miliaris Gruberi, S. sp. 3. Febris exanthematico-dysenterica Tiguri epidemica, 1747.

Symptomaticae sunt,

Dysenteria benigna spontanea, S. sp. 1.
Dysenteria catamenialis S. sp. 2.
Dysenteria gravidarum, S. sp. 4.
Dysenteria atrabilaria, S. sp. 5.
Dysenteria syphilitica, S. sp. 13.
Dysenteria scorbutica, S. sp. 18.
Dysenteria Polonica, S. sp. 19.
Dysenteria mesenterii vomica, S. sp. 11.

Ad diarrhoeam pertinent,

Dysenteria Parisiaca, S. sp. 3.
Dysenteria a catharticis, S. sp. 12.

# CL. II. NEUROSES*.

Senſus et motus laeſi, ſine pyrexia idiopathica, et ſine morbo locali.

* A tempore celebris quondam apud Anglos medici THOMAE WILLIS, morbos quosdam ab aliis quibusvis, ſub nomine Nervoſorum, diſtinxerunt Britanni; ſed, ni fallor, parum accurate, dum affectiones hyſtericas et hypochondriacas fere ſolas ſub nomine Nervoſarum indigitarunt. Quantum ego quidem video, motus morboſi fere omnes a motibus in ſyſtemate nervorum ita pendent, ut morbi fere omnes quodammodo Nervoſi dici queant. Inter eos tamen diſtinctionem ſatis commode adhibere licet, et morbi iſti qui nervorum ſyſtema fere ſolum, vel ſaltem primario, neque ſimul vel ſanguinis circuitum, vel humorum naturam, niſi ſecundario afficiunt, Nervoſi a nobis dicendi ſunt. Claſſem itaque tam a claſſe pyrexiarum, quam a claſſe cachexiarum diverſam, ſub nomine Neuroſium recte inſtituiſſe mihi videor.

## O. I. COMATA.

Motus voluntarii imminuti cum ſopore ſive ſenſuum feriatione.

Comata, S. Cl. VI. O. II. *Sag.* Cl. IX. O. V.
Soporoſi, L. Cl. VI. O. II.

Adynamiae, V. Cl. VI.
Nervorum resolutiones. *Hoffm.* III. 194.
Affectus soporosi, *Hoffm.* III. 209.
Motuum vitalium defectus, *Junck.* 114.

## G. XLII. APOPLEXIA.

Motus voluntarii fere omnes imminuti, cum sopore *, plus minus profundo, superstite motu cordis et arteriarum.

Apoplexia, S. G. 182. L. 101. V. 229. *Boerh.* 1007. *Junck.* 117. *Sag.* G. 288. *Wepfer.* hist. apoplecticorum.
Carus, S. G. 181. L. 100. V. 231. *Boerh.* 1045. *Sag.* G. 287. *Macb.* p. 561. †.
Cataphora, S. G. 180. L. 99. V. 232. *Boerh.* 1048. *Sag.* G. 286.

* Apud LINNAEUM vocabulum Sopor, tam pro motuum, quam pro sensuum feriatione ponitur; sed sensu vulgari, tantum pro somno, vel pro statu somno simili, eodem utimur.

† Cum genera *carus*, etc. hic subiuncta non nisi apoplexiae leviores esse videntur, nec vel respiratione vel excitatione satis accurate distinguenda sint, ad unum genus omnia referenda esse censui.

Coma, V. 232. *Boerh.* 1048.
Haemorrhagia cerebri, *Hoffm.* II. 240.

Ad hoc genus pertinere mihi videntur,

Catalepsis, S. G. 176. L. 129. V. 230. *Sag.* G. 281. *Boerh.* 1036. *Junck.* 44.
Affectus cerebri spasmodico-ecstaticus, *Hoffm.* III. 44.
Ecstasis, S. G. 177. V. 333. *Sag.* G. 283.

Symptomatica esse videntur,

Typhomania, S. G. 178. L. 97. V. 23. *Sag.* G. 284.
Lethargus, S. G. 179. L. 98. V. 22. *Sag.* G. 285.

Apoplexiae idiopathicae species sunt,

1. Apoplexia (*sanguinea*) cum signis plethorae universalis, et praecipue capitis.

Apoplexia sanguinea, S. sp. 1. *Morgagn.* de causis, etc. II. III. LX. *Preysinger*, sp. 1.
Carus spontaneus, S. sp. 2. *Boerh.* 1045.
Asphyxia * spinalis, *Du Hamel*, Hist. Acad.

* Genus *asphyxiae* ad *syncopen* olim retuli, et ejusdem species quasdam non nisi gradu a syn-

cope

ann. 1688. cap. 2. *Boerh.* Praelect. ad Instit. 401. *Morgagn.* de caus. etc. III. 3.
Cataphora coma, S. sp. 2.

2. Apoplexia ( *serosa* ) in corpore,

cope differre, adhuc censeo. Plures vero asphyxiae species ad apoplexiae genus pertinere olim et nunc etiam persuasum habeo; ideoque eas hic recensui. Asphyxia spinalis quidem hic apposita, utpote signis nullis externis dignoscenda, male inter species recensetur; si vero ad causas internas unquam respicere liceret, certe inter apoplexiae species recensenda esset. Cum autem ad causas externas et evidentes omnino respicere liceat, ab his satis perspectis plures asphyxiae species a SAUVAGESIO recensitas inter apoplexiae species enumeravi; nec huic obstare velim quod in quibusdam asphyxiae speciebus, tum pulsus arteriarum tum respiratio, vita etiam superstite, tandem penitus cessant; nam in harum plerisque sub initio, cum motus et sensus fere penitus abolentur, superest adhuc motus quidam tum cordis tum pulmonum; et si tandem omnino cessant, idem aliquando apoplecticis ante mortem accidit. In apoplexia porro, cerebrum, in syncope autem cor, primario affectum esse opinor; et asphyxiae species itaque, prout cerebrum vel cor primario afficiant, quatenus id fieri, ex causis earum externis, conjicere liceat, ad apoplexiae vel syncopes genus refero.

plerumque senum, leucophlegmatico.

Apoplexia pituitosa, S. sp. 7. Apoplexia serosa, *Preysinger*, Sp. 4: *Morg.* de causis, etc. IV. LX.
Carus a hydrocephalo, S. sp. 16.
Cataphora hydrocephalica, S. sp. 6.
Cataphora somnolenta, S. sp. 1.
Lethargus literatorum, S. sp. 7. *Van. Swieten* in aph. 1010. 2 γ. et 3 α.

3. Apoplexia (*hydrocephalica* *) paulatim adoriens; infantes et impuberes, primum lassitudine, febricula et dolore capitis, dein pulsu tardiore, pupillae dilatatione, et somnolentia afficiens.

* In opere nosologico, morbos qui sub suo decursu variam induunt formam, rite collocare, ideoque apoplexiae hydrocephalicae locum maxime idoneum assignare, difficile est. Hunc morbum autem sub apoplexiae potius quam hydrocephali titulo ponere vellem; primo, quia hydrocephalus, qui hic subest, nequaquam sensibus evidens est; dein quia hic morbus symptomatis ab hydrocephalo evidente plurimum differt; denique, quia causa proxima et tandem symptomatis, apoplexiae quam maxime affinis est.

Hydrocephalus interior, S. sp. 1.
Hydrocephalus internus, *Whytt's Works*, pag. 725. *Lond. Med. Observ.* Vol. IV. art. 3. 6. and. 25. VI. 6. 7. 8. *Gaudelius* de hydrocephalo, apud *Sandifort* Thesaur. Vol. II. Ed. Med. Ess. II. 18. III. 23. Soc. Royale III. Mem. p. 194.
Hydrocephalus acutus, *Quin.* Diss. de hydrocephalo, Edinb. 1779.
Asthenia a hydrocephalo, S. sp. 3.

4. Apoplexia (*atrabiliaria*) in corpore melancholico.

Apoplexia atrabiliaria. S. sp. 12. *Preysinger*, Sp. 6.
Carus traumaticus, S. sp. 5.

5. Apoplexia (*traumatica*) a vi externa mechanica, capiti illata.

Apoplexia traumatica, S. sp. 2. Ed. Ess. V. 52

6. Apoplexia (*venenata*) a potentiis sedantibus interne vel externe adhibitis.

Apoplexia temulenta, S. sp. 3.
Carus a narcoticis, S. sp. 14.
Lethargus a narcoticis, S. sp. 3.
Carus a plumbagine, S. sp. 10.

Apoplexia mephitica, S. sp. 14. Ed. Ess. V. 55.
Asphyxia a mephitide, S. sp. 9.
Asphyxia a musto, S. sp. 3.
Catalepsis a fumo, S. sp. 3.
Asphyxia a fumis, S. sp. 2.
Asphyxia a carbone, S. sp. 16.
Asphyxia foricariorum, S. sp. 11.
Asphyxia sideratorum, S. sp. 10.

Carus ab insolatione, S. sp. 12.

Carus a frigore, S. sp. 15.
Lethargus a frigore, S. sp. 6.
Asphyxia congelatorum, S. sp. 5.

7. Apoplexia (*mentalis*) a pathemate mentis.

Carus a pathemate, S. sp. 11.
Asphyxia a pathemate, S. sp. 7.
Ecstasis catoche, S. sp. 1.
Ecstasis resoluta, S. sp. 2.

8. Apoplexia (*cataleptica* *) muscu-

* Catalepsin nisi simulatam ipse nunquam vidi, et ab aliis visam frequente simulatam fuisse credo. De morbo itaque rarius viso, varie descripto, et saepe prorsus simulato, pro certo statuere mihi vix liceret; sed genere ab apoplexia neutiquam diversum esse, bene persuasus sum; ideoque hic inter apoplexiae species collocavi.

lis; sub artuum a vi externa motu, contractilibus.

Catalepsis, S. G. 176. L. 129. V. 230. *Sag.* G. 281. *Boerh.* 1036. *Junck.* 44.

Species apud SAUVAGESIUM sunt,

Catalepsis hysterica, S. sp. 1.
——— verminosa, S. sp. 2.
——— a fumo, S. sp. 3.
——— a menostasia, S. sp. 4.
——— malencholica, S. sp. 5.
——— delirans, S. sp. 6.

9. Apoplexia (*suffocata*) a potentia externa suffocante.

Asphyxia suspensorum, S. sp 4.
Asphyxia immersorum, S. sp. 1. *M. Donel* de submersis, Edin. 1784.
Asphyxia flatulenta, S. sp. 12. ad apoplexiae genus pertinet, si a signis externis dignosci posset.

Apoplexia saepe symptomatica est.

1. Febris intermittentis.

Apoplexia febricosa, S. sp. 9.
Carus febricosus, S. sp. 3.

Cataphora timor, S. sp. 8.
Typhomania febricosa, S. sp. 1.
Catalepsis quartanaria, S. sp. 7.

## 2. Febris continuae.

Carus febrilis, S. sp. 2.
Typhomania continua, sp. 2.
Typhomania agrypnocoma, S. sp. 3.
Lethargus a febre. S. sp. 1.

## 3. Phlegmasiae.

Apoplexia inflammatoria, S. sp. 13.
Lethargus cephaliticus, S. sp. 4.
Lethargus pulmonicus, S. sp. 2.

## 4. Exanthematis,

Carus variolosus, S. sp. 8.
Apoplexia metastatica, S. sp. 6.
Carus exanthematicus, S. sp. 18.
Cataphora exanthematica, S. sp. 5.

## 5. Hysteriae.

Apoplexia hysterica, S. sp. 4.
Carus hystericus, S. sp. 9.
Asphyxia hysterica, S. sp. 8.
Carus mystagmus, S. sp. 17.
Carus hypochondriacus, S. sp. 13.

6. Epilepsiae.

Apoplexia epileptica, S. sp. 8.
Apoplexia suspiriosa, S. sp. 10.

7. Podagrae.

Apoplexia arthritica, S. sp. 5.
Carus arthriticus, S. sp. 6.
Cataphora arthritica, S. sp. 4.
Lethargus arthriticus, S. sp. 5.

8. Vermium.

Apoplexia verminosa, S. sp. 15.
Carus verminosus, S. sp. 7.
Typhomania verminosa, S. sp. 4.

9. Ischuriae.

Carus Ischuriosus, S. sp. 4.

10. Scorbuti.

Cataphora scorbutica, S. sp. 3.

G. XLIII. PARALYSIS.

Motus voluntarii nonnulli tantum imminuti, saepe cum sopore.

Paralysis, *Boerh.* 1057.

Hemiplegia, S. G. 170. L. 103. V. 228.
Paraplexia, S. G. 171.
Paraplegia, L. 102. V. 227.
Paralysis, S. G. 169. L. 104. V. 226.
*Junck.* 115.
Atonia L. 120.

I. Species idiopathicae sunt.

1. Paralysis (*partialis*) quorundam musculorum tantum.

Paralysis, S. G. 169. L. 104. V. 226.
*Junck.* 115.
Paralysis plethorica, S. sp. 1.
Paralysis serosa, S. sp. 12.
Paralysis nervea, S. sp. 11.
Mutitas a glossolysi, S. sp. 1.
Aphonia paralytica, S. sp. 8.

2. Paralysis (*hemiplegica*) alterius corporis lateris.

Hemiplegia, S. G. 170. L. 103. V. 228.
*Sag.* G. 276.

Variat ratione habitus corporis.

a. Hemiplegia in habitu plethorico.

Hemiplegia ex apoplexia, S. sp. 7.
Hemiplegia spasmodica, S. sp. 2.

b. Hemiplegia in habitu leucophlegmatico.

Hemiplegia serosa, S. sp. 10.

Male recensetur

Hemiplegia apostematodes, S. sp. 11.

Quae signis externis dignosci non potest, et

Hemiplegia ex epilepsia, S. sp. 12.

Recenseri vix meretur.

3. Paralysis ( *paraplegica* ) dimidii corporis transversim sumpti.

Paraplexia. S. G. 171. *Sag.* G. 277.
Paraplegia, L. 102. V. 227.
Paraplexia sanguinea, S. sp. 2.
Paraplexia a spina bifida, S. sp. 3.
Paraplexia rheumatica, S. sp. 1.

4. Paralysis ( *venenata* ) a potentiis sedantibus externe vel interne adhibitis.

Paralysis metallariorum, S. sp. 22.
Hemiplegia saturnina, S. sp. 14.

II. Species symptomaticae sunt,

Hemiplegia intermittens, S. sp, 8.
Paraplegia intermittens, S. sp. 6.
Paralysis febrilis, S. sp. 8.
Hemiplegia exhantematica, S. sp. 6.

Paralysis rheumatica, S. sp. 3.
Hemiplegia arthritica, S. sp. 5.
Paralysis rachialgica, S. sp. 2.
Paraplegia rachialgica, S. sp. 5.
Paralysis biliosa, S. sp. 6.

Hemiplegia transversa, S. sp. 1.
Paralysis scorbutica, S. sp. 6.
Paralysis scrophulosa, S. sp. 5.
Hemiplegia scrophulosa, S. sp. 4.
Hemiplegia syphilitica, S. sp. 3.
Paraplegia syphilitica, S. sp. 7.
Paralysis Polonica, S. sp. 7.

Paralysis a vomica, S. sp. 10.

Paralysis traumatica, S. sp. 4.
Hemiplegia traumatica, S. sp. 9.
Paraplegia traumatica, S. sp. 4.

Tremorem, utpote semper symptomaticum, in numerum generum recipere nollem; species autem a SAUVAGESIO recensitas, prout mihi vel Astheniae vel Paralyseos, vel con-

vulsionis symptomata esse videntur, hic subjungam,

## TREMOR.

Artus alterna per itus et reditus frequentes motitatio.

Tremor, S. G. 129. L. 139. V. 184. *Sag.* 236.

1. Species asthenicae,

Tremor a debilitate, S. sp. 1.
Tremor senilis, S. sp. 2.
Tremor a coffea, S. sp. 4.
Tremor a pathemate, metu, ira, gaudio, libidine, S. sp. 14.
Tremor typhodes, S. sp. 19.

2. Species paraliticae.

Tremor paralytodes, S. sp. 11.
Tremor vertiginosus, S. sp. 7.
Tremor a plethora, S. sp. 13.
Tremor a saburra, S. sp. 12.
Tremor a hydrocephalo, S. sp. 8.
Tremor scorbuticus, S. sp. 10.
Tremor rheumatismalis, S. sp. 18.
Tremor temulentus, S. sp. 3.

Tremor metallurgorum, S. sp. 5
Tremor traumaticus, S. sp. 17.

3. Species convulsivae.

Tremor coactus, S. sp. 6.
Tremor tendinum, S. sp. 9.
Tremor palpitans, S. sp. 16.

## O. II. ADYNAMIAE.

Motus involuntarii, sive vitales sive naturales, imminuti.

Adynamiae, V. Cl. VI.
Defectivi, L. Cl. VI. O. I.
Leipopsychiae, S. Cl. VI. O. IV. *Sag.* Cl. IX. O. IV.

### G. XLIV. SYNCOPE.

Motus cordis imminutus, vel aliquamdiu quiescens.

Syncope, S. G. 174. S. 94. V. 274. *Sag.* 280. *Junck.* 119.
Leipothymia, S. G. 173. L. 93. V. 273. *Sag.* 279.
Asphyxia, S. G. 175. L. 95. V. 275. *Sag.* 281.
Virium lapsus et animi deliquia, *Hoffm.* III. 267.

I. Idiopathicae.

1. Syncope ( *cardiaca* ) sine causa manifesta saepe rediens, cum palpitatione cordis vehementi in intervallis: *Ex vitio cordis vel vasorum vicinorum.*

Syncope plethorica, S. sp. 5. *Senac*, Tr. de coeur, p. 540.
Syncope a cardiogmo, S. sp. 7. *Senac*, de coeur, 414. *Morgagn.* de sed. XXV. 2. 3. 10.
Syncope a polypo, S. sp. 8. *Senac*, p. 471.
Syncope ab hydrocardia, S. sp. 12. *Senac*, 533. *Schreiber* Almag. L. III. §. 196.
Syncope *Lanzoni*, S. sp. 18. *Lanzon.* Op. II. p. 462.
Asphyxia Valsalviana, S. sp. 13.

2. Syncope ( *occasionalis* ) a causa manifesta oriens: *Ex affectione totius systematis.*

Leipothymia a pathemate, S. sp. 1. *Senac.* p. 544.
Syncope pathetica, S. sp. 21.
Asphyxiae a pathemate, S. sp. 7.
Syncope ab antipathia, *S.* sp. 9. *Senac*, p. 554.
Syncope, a veneno, S. sp. 10. *Senac*, p. 546.

Syncope ab apostematis, S. sp. 11. *Senac*, p. 554.
Syncope a sphacelo, S. sp. 14. *Senac*, p. 553.
Syncope ab inanitione, S. sp. 1. *Senac*, p. 536.
Syncope a phlebotomia, S. sp. 4.
Syncope a dolore, S. sp. 2. *Senac*, p. 583.
Asphyxia traumatica, S. sp. 14.
Asphyxia neophytorum, S. sp. 17.

II. Symptomaticae, sive symptomata morborum vel totius systematis, vel aliarum praeter cor partium.

Syncope febrilis, S. sp. 3. *Senac*, p. 548.
Syncope febricosa, S. sp. 17. *Torti* Terap. spec. L. III. cap. 1.
Syncope exanthematica, S. sp. 19.
Syncope metastatica, S. sp. 20.
Leipothymia stomachica, S. sp. 2.
Syncope stomachica, S. sp. 13. *Senac*, p. 545.
Syncope hysterica, S. sp. 6. *Senac*, p. 547.
Syncope arthritica, S. sp. 16. *Musgrave* de arthr. anomala, cap. 8.
Syncope scorbutica, S. sp. 15. *Lind.* Treat. on scurvey.
P. II. chap. 11. *Senac*, p. 552.

## G. XLV. DYSPEPSIA.

Anorexia, nausea, vomitus, inflatio, ructus, ruminatio, cardialgia, gastrodynia, pauciora saltem vel plu-

ra horum simul concurrentia, plerumque cum alvo adstricta, et sine alio vel ventriculi ipsius, vel aliarum partium morbo.

Dyspepsia, V. 277. Lond. Med. Obs. VI. 11.
Apepsia, V. 276.
Diaphora, V. 278.
Anorexia, S. G. 162. L. 116. *Sag.* G. 268.
Cardialgia, S. G. 202. L. 48. V. 157. *Sag.* G. 160.
Gastrodynia, S. G. 203. *Sag.* G. 161.
Soda, L. 47. V. 161.
Nausea, S. G. 250. L. 182. V. 159. *Sag.* G. 185.
Vomitus, S. G. 251. L. 183. V. 214. *Sag.* G. 186.
Flatulentia, S. G. 271. L. 165. V. 127. *Sag.* G. 207.

## I. Idiopathicae.

Anorexia pituitosa, S. sp. 2.
Anorexia a saburra, S. sp. 9.
Anorexia exhaustorum, S. sp. 8.
Anorexia paralytica, S. sp. 1.

Nausea ex cacochylia, S. sp. 11.
Vomitus pituitosus, S. sp. 26.
Vomitus ruminatio, S. sp. 6.
Vomitus a saburra, S. sp. 2.

Vomitus a crapula, S. sp. 1.
Vomitus lacteus, S. sp. 3.

Flatulentia infantilis, S. sp. 5.
Flatulentia acida, S. sp. 1.
Flatulentia nidorosa, S. sp. 2.

Cardialgia bradypepta, S. sp. 9.
Cardialgia a saburra, S. sp. 2.
Cardialgia lactantium, S. sp. 11.
Cardialgia flatulenta, S. sp. 3.
Cardialgia paralytica, S. sp. 7.

Gastrodynia saburralis, S. sp. 1.
Gastrodynia flatulenta, S. sp. 2.
Gastrodynia peryodinia, S. sp. 7.
Gastrodynia astringens, S. sp. 9.
Gastrodynia atterens, S. sp. 10.
Gastrodynia a frigore, S. sp. 18.

## II. Symptomaticae,

### 1. A morbo ipsius ventriculi.

Cardialgia schirrosa, S. sp. 6.
Vomitus a pyloro calloso, S. sp. 8.
Vomitus a steatomate ventriculi, S. sp. 11.

Nausea ab apostemate circa cardiam, S. sp. 9.
Gastrodynia ulcerosa, S. sp. 5.
Vomitus ab ulcere ventriculi, S. sp. 10.

Cardialgia a veneno, S. sp. 2.

Gastrodynia a veneno, S. sp. 4.
Vomitus a veneno, S. sp. 7.

Flatulentia accidentalis, S. sp. 4.
Gastrodynia a peregrinis, S. sp. 11.
Anorexia biliosa, S. sp. 6.
Nausea biliosa, S. sp. 6.
Gastrodynia biliosa, S. sp. 3.

Vomitus urinosus, S. sp. 27.

Gastrodynia calculosa, S. sp. 8.
Vomitus bezoarticus, S. sp. 13.

Cardialgia verminosa, S. sp. 10.
Nausea a taenia, S. sp. 1.

Vomitus verminosus, S. sp. 5.

Gastrodynia a xiphoide, S. sp. 12.
Gastrodynia Americana, S. sp. 6.
Nausea ex compresso ventriculo, S. sp. 5.
Vomitus a cartilagine xiphoidea, S. sp. 22.

Vomitus ab oesophago obstructo, S. sp. 21.
Gastrodynia gastrocelica, S. sp. 20.
Nausea ex gastrocele, S. sp. 4.
Vomitus gastrocelicus, S. sp. 18.

Cardialgia sputatoria, S. sp. 5.
Cardialgia inflammatoria, S. sp. 13.

Nausea ex gastride, S. sp. 10.
Vomitus gastriticus, S. sp. 19.

## 2. A Morbo aliarum partium vel totius corporis.

Vomitus cephalalgicus, S. sp. 23.
Vomitus a dentitione S. sp. 4.
Vomitus iliacus, S. sp. 24.
Nausea ex pancreatis schirro, S. sp. 3.
Vomitus a pancreate, S. sp. 17.
Vomitus ab hepate obstructo, S. sp. 16.
Anorexia melancholica, S. sp. 5.
Gastrodynia hypochondriaca, S. sp. 16.
Flatulentia hypochondriaca, S. sp. 3.
Flatulentia convulsiva, S. sp. 7.
Vomitus hypochondriacus, S. sp. 6.
Vomitus atrabilarius, S. sp. 15.
Anorexia mirabilis, S. sp. 10.
Gastrodynia hysterica, S. sp. 14.
Gastrodynia pulsatilis, S. sp. 13.
Gastrodynia chlorotica, S. sp. 15.
Nausea a semine corrupto, S. sp. 8.
Nausea gravidarum, S. sp. 2.
Vomitus gravidarum, S. sp. 12.
Flatulentia lochialis, S. sp. 6.
Anorexia arthritica, S. sp. 12.
Cardialgia arthritica, S. sp. 8.
Nausea nephritica, S. sp. 7.
Vomitus nephriticus, S. sp. 20.
Anorexia Stewartiana, S. sp. 13.
Cardialgia a cardiogmo, S. sp. 12

Anorexia plethorica, S. sp. 3.
Anorexia cachectarum, S. sp. 7.
Anorexia febrilis, S. sp. 4.
Cardialgia febricosa, S. sp. 4.
Gastrodynia febricosa, S. sp. 17.
Vomitus febricosus, S. sp. 29.
Vomitus rabiosus, S. sp. 14.
Vomitus haemorrhagicus, S. sp. 28.
Gastrodynia metastatica, S. sp. 19.
Nausea marina, S. sp. 12.
Vomitus marinus, S. sp. 25.
Anorexia neophytorum, S. sp. 11.

## G. XLVI. HYPOCHONDRIASIS.

Dyspepsia cum languore, moestitia, et metu, ex causis non aequis; in temperamento melancholico.

Hypochondriasis, S. G. 220. L. 76. V. 218. *Sag.* 312.
Morbus hypochondriacus, *Boerh.* 1098.
Malum hypochondriacum, *Hoffm.* III. 64. *Junck.* 36.

Speciem idiopathicam unicam tantum novi.

Hypochondriasis melancholica, S. sp. 3.

De Hypochondriasi algida, S. sp. 10. mihi non liquet.

Species sequentes ex FRAECASSINO, ex theoria parum certa confictae, mihi videntur.

Hypochondriasis biliosa, S. sp. 1.
Hypochondriasis sanguinea, S. sp. 2.
Hypochondriasis pituitosa, S. sp. 4.

Symptomaticae sunt.

Hypochondriasis hysterica, S. sp. 5.
Hypochondriasis phthisica, S. sp. 6.
Hypochondriasis asthmatica, S. sp. 7.
Hypochondriasis calculosa, S. sp. 8.
Hypochondriasis tympanitica, S. sp. 9.

## G. XLVII. CHLOROSIS.

Dyspepsia, vel rei non esculentae desiderium; cutis pallor vel decoloratio; venae minus plenae, corporis tumor mollis; asthenia; palpitatio, menstruorum * retentio.

* In hoc charactere antea dixi menstruorum *saepe* retentio; quasi species chlorosis esset in qua menses rite fluxerunt, et cogitavi de specie quadam cachexiae huc referenda. Sed nunc dubito an species cachexiae quaevis sub titulo Chlorosis, vel sub charactere hic dato, recte poni possit;

Chlorosis, S. G. 309. L. 222. V. 305. *Sag.* G. 135. *Boerh.* 1285. *Hoffm.* III. 311. *Junck.* 86.

Chloroseos unicam speciem veram agnoscimus, scilicet,

Chlorosis virginea, S. sp. 1.
a. Chlorosis amatoria.

Caeterae SAUVAGESII species spuriae; sive decolorationes, symptomaticae sunt.

Clorosis a menorrhagia, S. sp. 2.
Chlorosis gravidarum, S. sp. 3.
Chlorosis infantum, S. sp. 4.
Chlorosis verminosa, S. sp. 5.
Chlorosis viridis S. sp. 6.
Chlorosis ab hydrothorace, S. sp. 7.
Chlorosis maculosa, S. sp. 8.
Chlorosis Carthagenica, S. sp. 10.
Chlorosis Bengualensis, S. sp. 11.
Chlorosis rachialgica, S. sp. 12.

sit; et nullam chlorosis speciem veram, praeter illam quae retentionem menstruorum comitatur, agnoscere vellem. Hinc vocabulum *saepe* in charactere nunc omissum est; sed simul fateri cogor, chlorosin ideo hic minus recte pro genere recensitam esse, cum pro symptomate amenorrhoeae semper haberi possit.

## O. III. SPASMI.

Musculorum vel fibrarum muscularium motus abnormes *.

Spasmi, S. Cl. IV. V. Cl. V. *Sag.* Cl. VII.
Motorii, L. Cl. VII.
Morbi spasmodici et convulsivi, *Hoffm.* III. 9.
Spasmi et convulsiones, *Junck.* 45. 54.
Epilepsia, *Boerh.* 1071. 1088.

### Sect. I. In functionibus animalibus.

### F. XLVIII. TETANUS.

Plurium musculorum rigiditas spastica. Variat gradu.
1. Tetanus.

Dimidium vel totum corpus spasmis affectum.

* Motus abnormes sunt qui ex causa praeternaturali oriuntur, et qui violentia, frequentia, vel diuturnitate contractionis praeter modum fiunt; et nullus dubito quin hujusmodi motus, in morbis omnibus sub hoc ordine a nobis collocatis, revera fiunt; plures licet morbi sint, quam sub eodem ordine ab aliis nosologis recensiti fuerunt.

Tetanus, S. G. 122. L. 127. V. 180. *Sag.* G. 228.
Catochus *, S. G. 123. L. 128. V. 183. *Sag.* G. 229.
Opisthotonos, V. 181.
Episthotonos, V. 182.

Hujus species, ut solet, plures recensuit SAUVAGESIUS; sed omnes, quae idiopathicae dici queunt, ad unam, ni fallor, referri possunt, et cujus forma praecipua apud SAUVAGESIUM appellatur.

Tetanus Indicus, S. sp. 5. de quo plura haberi possunt apud *Hillary*, Barbadoes, p. 219. *Chalmers*, Lond. Med. Obs. Vol. I. Art. 12. *D. Monro* Edinb. Phys. et Liter. Essays, Vol. III. Art. 30. *A. Monro*, Art. 31. et sub nomine spasmi apud *Bontium* de med. Ind. meth. med. cap. 2.

Nec alius morbus est,

Convulsio Indica, S. sp. 9.

* Catochus apud SAUVAGESIUM genus est minime naturale, cum genus illud conjunxerit species natura prorsus diversas; ideoque ejusmodi genus omisi, sed species sub eo recensitas, quae a rigiditate spastica pendeant, ad tetani genus huc retuli.

Variat autem Tetanus ratione causae remotae, quatenus nimirum vel a causa interna, vel a frigore, vel a vulnere oriatur. A vulnere, varietas frequentissima apud SAUVAGESIUM appellatur.

Tetanus traumaticus, S. sp. 11.

Variat etiam quavis causa ortus Tetanus ratione partis corporis affectae; hinc

Tetanus tonicus, S. sp. 1.
Tetanus holotonicus, S. sp. 4.
Catochus holotonicus, S. sp. 1. *M. Febr.* in Ephem. German. D. II. A. I. Obs. 1.
Catochus cervinus, S. sp. 2. *Stork.* Ann. Med. 1758. *M. Julio.*
Tetanus opisthotonicus, S. sp. 3.
Tetanus emprosthotonicus, S. sp. 2.

Tetani species symptomaticae sunt,

Tetanus febricosus, S. sp. 10. *Stork.* Ann. Med. 759. p. 166.
Tetanus hemiplegicus, S. sp. 9.

Tetanus lateralis *, S. sp. 6. *Morgagn.* de caus. & sed .X. 2. & 3.
Pleurosthotonos Strack.
Tetanus syphiliticus, S. sp. 7.
Tetanus verminoſus, S. sp. 8.
Tetanus hystericus, S. sp. 12.
Tetanus mirandus, S. sp. 13.
Catochus diurnus, S. sp. 6.

## G. XLIX. TRISMUS.

Praecipue maxillae inferioris Spastica rigiditas.

Trismus, S. G. 117. L. 124. *Sag.* G. 223.
Capistrum, V. 208.

I. Species verae sunt,

1. Trismus (*nascentium*) infantes in-

* In exemplo Tetani lateralis quod profert SAUVAGESIUS, adfuit in eodem aegro alterius lateris paralysis; ideoque hic mox post Tetanum hemiplegicum posui; sed si Tetani lateralis exemplum a MORGAGNIO allatum, sine alterius lateris paralysi ſuit, de quo tamen mihi non constat, idem inter varietates idiopathicas recenseri potuisset. Interim, donec haec res certiùs determinaretur, post Tetanum lateralem posui Pleurosthoton Strackii.

tra duas primas a nativitate septimanas corripiens.

Trismus nascentium, S. sp. 1. Gallis Americanis mal de machoire. *Heister*, Comp, med. pract. cap. XV. §. 10. *Cleghorn's* Minorca, Introd. p. 33. *Hofer.* in Act. Helvet. tom. I. p. 75. *Macb.* p. 459.

2. Trismus ( *traumatica* ) omnium aetatum, a vulnere vel frigore.

Trismus traumaticus, S. sp. 2. *Lond. Med. Obs.* Vol. I. Art. I. 7. Vol. II. 8. 34. Vol. III. 31. Vol. IV. 7. VI. 13. Med. Trans. II. 4.
Angina spasmodica, S. sp. 18. *Zwingeri* act. Helvet. tom. III. p. 319.
Convulsio a nervi punctura, S. sp. 2.
Trismus catarrhalis, S. sp. 15. *Hillary's* Barbadoes, 221. Lond. Med. Obs. Vol. IV. 7.

II. Sequentes apud SAUVAGESIUM Trismi species, spurias, vel falsas dicimus; vel quod non a spasmo, sed ab alio musculorum vitio pendeant, vel quod convulsivae potius quam spasmodicae sint, vel denique, quod faciei potius quam maxillae inferioris, musculorum affectiones sint.

Trismus inflammatorius, S. sp. 3.
Trismus scorbuticus, S. sp. 4.
Trismus capistratus, S. sp. 11.
Trismus arthriticus, S. sp. 9.

Trismus verminosus, S. sp. 5.
Trismus hypochondriacus, S. sp. 8.
Trismus febrilis, S. sp. 10.
Trismus crepitans, S. sp. 7.

Trismus occipitalis, S. sp. 12.
Trismus maxillaris, S. sp. 13.
Trismus dolorificus, S. sp. 14.

Trismus cynicus, S. sp. 16.
Trismus cynogelos, S. sp. 17.
Trismus sardonicus, S. sp. 18.
Trismus diastrophe, S. sp. 19.

## G. L. CONVULSIO.

Musculorum contractio clonica, abnormis, citra soporem.

Convulsio, S. G. 128. L. 142. V. 191. *Sag.* G. 235.

## I. Idiopathicae.

Convulsio universalis, S. sp. 11.

Hieranosos, L. 144. V. 190.
Convulsio habitualis, S. sp. 12.
Convulsio intermittens, S. sp. 16.
Convulsio hemitotonos, S. sp. 15.
Convulsio abdominis, S. sp. 10.
Convulsio ab inanitione, S. sp. 1.
Convulsio ab onanismo, S. sp. 13.
Scelotyrbe festinans, S. sp. 2.

## II. Symptomaticae.

Convulsio a capitis ictu, S. sp. 4.
Convulsio nephralgica, S. sp. 6.
Convulsio gravidarum, S. sp. 14.
Scelotyrbe verminosa. S. sp. 5.
Convulsio febrilis, S. sp. 3.

## G. LI. CHOREA*.

Impuberes utriusque sexus, ut plurimum intra decimum et decimum quartum aetatis annum adorientes, motus convulsivi ex parte voluntarii, plerumque alterius lateris, in brachiorum et manuum motu, hi-

* In priore hujus libri editione, Choream pro convulsionis specie habui; cum autem ratione tum aetatis quam adoritur, tum mortuum quos exhibet, a quavis alia convulsionis specie plurimum differat, hic pro genere diverso posui.

strionum gesticulationes referentes; in gressu, pedem alterum saepius trahentes quam attollentes.

Scelotyrbe, S. G. 136. *Sag.* G. 243.
Chorea, L. 139.

Speciem unam tantum videre mihi contigit, quae apud SAUVAGESIUM audit

Scelotyrbe chorea Viti, S. sp. 1.
Chorea St. Viti *Sydenham.* Sched. monitoria.

Nec alia est.

Scelotyrbe instabilis, S. sp. 3. et fortassis,
Scelotyrbe intermittens, S. sp. 4.
Hiearonosis *Macb.* 558.

G. LII. RAPHANIA.

Articulorum contractio spastica, cum agitatione convulsiva, dolore violentissimo, periodico.

Raphania, L. 145. V. 193. *Linn.* Amoen. acad. Vol. V.
Convulsivo-raphania, S. sp. 7.

Germanis DER KRIEBEL KRANKHEIT.

Eclampsia typhodes, S. sp. 1. *Sennert.* de febr. L. IV. cap. 16. *Gregor. Horst.* oper. tom. II. L. VIII. Obs. 22. *Willis* de Morb. convuls. *Müller* apud *Haller*, disp. tom. I. *Waltschmied* apud *Haller*, disp. tom. VII. *Wedel*, ibid. *Hoffm.* tom. I. 231. *Kannigiesser*, A. N. C. tom. VII. *Brunner* in Ephem. Germ. D. III. A. II. obs. 224. *Willisch.* ibid. Cent. VII. obs. 13. *Wepfer* de affect. cap. obs. 120. *Breslauver* Sammlung. 1717. Julio, Septembri, et Decembr. Idid. 1723. Januar. A. N. C. Vol. VII. Obs. 41. *Bruckmann.* Comm. Norim. 1743. pag. 50. Soc. Royale, I. Mem. p. 303. II. Mem. p. 587.

Convulsio ab ustilagine, S. sp. 8.

An *Convulsio Soloniensis* vel *Necrosis ustilaginea* sit idem morbus?

Vide *Salerne* in Memoires presentés a l'acad. des sciences, tom. II.

G. LIII. EPILEPSIA.

Musculorum convulsio cum sopore.

Epilepsia, S. G. 134. L. 143. V. 188. *Sag.* G. 24. *Boerh.* 1771. *Hoffm.* III. 9. *Junck.* 54. Lond. Med. Obs. VI. 9.

Eclampsia *, S. G. 133. V. 189. *Sag.* G. 240.

Species idiopathicae sunt,

1. Epilepsia ( *cerebralis* ) sine causa manifesta subito adoriens ; praegressa nulla sensatione molesta , nisi fortassis vertiginis vel Scotomiae alicujus.

Epilepsia plethorica , S. sp. 1.
Eclampsia plethorica , S. sp. 7.
Epilepsia cachectica **, S. sp. 2.

* Eclampsiam quasi morbum acutum, ab epilepsia, quam pro chronico habent, distinguere, et pro diverso genere ponere, voluerunt SAUVAGESIUS et VOGELIUS, sed, cum inter morbos acutos et chronicos limites accuratos ponere ubique difficile sit, et cum eclampsia SAUVAGESII tum causis tum phaenomenis plerumque cum epilepsia exacte congruat, illam genere ab epilepsia diversam esse nequaquam habere possum. Ejusmodi genus prorsus omisit LINNAEUS, et quae plura ad eclampsiam ab epilepsia distinguendam protulit SAGARUS, speciem tantum non genus distinguere possunt.

**Epilepsia, apud SAUVAGESIUM *cachectica* dicta, revera duarum specierum esse videtur. Primo

Epilepsia a terrore, *Mach.* p. 556.

2. Epilepsia (*sympatica*) sine causa manifesta; sed praegressa sensatione aurae cujusdam a parte corporis quadam versus caput assurgentis.

Epilepsia sympathica, S. sp. 8.
Epilepsia pedisymptomatica, S. sp. 6.

3. Epilepsia (*occasionalis*) ab irritatione manifesta oriens, et ablata irritatione cessans.

Variat pro diversitate irritamenti, et hinc

Ab injuria capiti illata.

Epilepsia traumatica, S. sp. 13.
Epilepsia traumatica, S. sp. 9.

mo enim hanc *cachecticam* cum *serosa* HOFFMANNI et PISONIS eandem esse auctor statuit; deinceps, utpote acri repulso orta, eadem esse cum specie sua undecima, nimirum *exanthematica*, statui potest. Hinc est quod hanc epilepsiam cachecticam utroque loco posui, sed dubius, et aliis dijudicandum relinquens.

## A dolore.

Epilepsia a dolore, S. sp. 10. Ed. Ess. V. 61.
Epilepsia rachialgica, S. sp. 14.
Eclampsia a doloribus, S. sp. 4.
a. Rachialgica.
b. Ab otalgia.
c. A dentitione.
Eclampsia parturientium, S. sp. 3.

## A vermibus.

Eclampsia verminosa, S. sp. 2.

## A veneno.

Eclampsia ab atropa, S. sp. 11.
Eclampsia ab oenanthe, S. sp. 12.
Eclampsia a cicuta, S. sp. 13.
Eclampsia a coriaria, S. sp. 14.

## A scabie, vel alia acris humoris effusione, retropulsa.

Epilepsia exanthematica, S. sp. 11.
Epilepsia cachectica, S. sp. 2.

## A cruditate ventriculi.

Epilepsia stomachica, S. sp. 3.

Eclampsia a saburra, S. sp. 5.

A pathemate mentis.

Epilepsia à pathemate, S. sp. 7.

Ab haemorrhagia nimia.

Eclampsia ab inanitione, S. sp. 8.

A debilitate.

Eclampsia neophytorum, S. sp. 15.

Epilepsiae symptomaticae sunt,

Epilepsia febricosa, S. sp. 9.
Eclampsia febricosa, S. sp. 17.
Eclampsia exanthematica, S. sp. 10.
Epilepsia uterina, S. sp. 4.
Epilepsia syphilitica, S. sp. 12.
Eclampsia ab hydrocephalo, S. sp. 16.
Eclampsia ab ischuria, S. sp. 6.

Sect. II. In functionibus vitalibus.

A. In actione cordis.

G. LIV. PALPITATIO.

Motus cordis vehemens, abnormis.

Palpitatio, S. G. 130. L. 132. V. 213. *Sag.* 257. *Hoffm.* III. 83. *Junck.* 33. *Macb.* 569.

Si palpitationis causae variae externis signis dignosci possent, plures ejus species cum SAUVAGESIO pro diversitate causae statuere potuissemus; sed, cum causae diversae nullo modo, quantum novimus, distingui queant, non nisi speciem unicam idiopathicam statuere possum, et quam charactere sequenti insigniri vellem.

Palpitatio (*cardiaca*) fere constans, saltem saepe rediens, sine alio morbo evidente.

Pro synonymis sequentes SAUVAGESII species recensere placet.

Palpitatio ab aneurysmate cordis, S. sp. 1. *Senac*, Mal. de coeur. p. 284. *Lancisi* de aneurysm.

Palpitatio tremula, S. sp. 4. *Senac* de coeur, p. 504.

Palpitatio apostematosa, S. sp. 7. *Lancisi* de aneurysmate, lib. 1. prop. 5. *Senac* de coeur, 485.

Palpitatio a corde oſſificato, S. sp. 2. *Senac.* de coeur, pag. 484. *Morgagn.* de Sed. Ep. XXIV. 17.

Palpitatio calculoſa, S. sp. 3.

Palpitatio a polypo, S. sp. 5. *Senac.* de coeur. lib. IV. cap. 16. p. 484.

Palpitatio polypoſa, S. sp. 6.

Palpitatio ex aortae aneuryſmate, S. sp. 8.

Palpitatio ex aortae anguſtia, S. sp. 9. *Lancisi* de aneurys. prop. 53. *Senac*, 484.

Palpitationis ſpecies ſymptomaticae ſunt,

Palpitatio a pancreate, S. sp. 10. *Stork.* Ann. med. I. p. 245.

Palpitatio arthritica, S. sp. 11.

Palpitatio chlorotica, S. sp. 12.

Palpitatio hyſterica, S. sp. 13.

Palpitatio melancholica, S. sp. 14. *Lancisi* de aneurys. prop. 44.

Palpitatio febricoſa, S. sp. 15. *Stork*, Ann. med. 1. p. 75.

B. In actione pulmonum.

G. LV. ASTHMA.

Spirandi difficultas per intervalla ſubiens; cum anguſtiae in pectore ſenſu, et reſpiratione cum ſibilo

strepente; tussis sub initio paroxysmi difficilis, vel nulla, versus finem libera, cum sputo muci saepe copioso.

Asthma, S. G. 145. L. 161. V. 268. *Sag.* G. 252.
Asthma convulsivum et spasmodico-flatulentum, *Hoffm.* III. 94.
Asthma spasticum, *Junck.* tab. 51.

Species idiopathicae sunt,

1. Aſthma (*spontaneum*) sine causa manifesta, vel alio morbo comitante.

Asthma humidum, S. sp. 1. flatulentum, *Floyer* on the asthma, chap. 1.
Asthma convulsivum, S. sp. 2. *Willis*, Pharm. rat. p. 2. Sect. 1. cap. 12. Med. Tr. I. 7.
Asthma hystericum, S. sp. 3. *Floyer* on the asthma, chap. 1.
Asthma stomachicum, S. sp. 8. *Floyer*, Scheme of the species of asthma. Periodic asthma, 6.
Orthopnoea spasmodica, S. sp. 3.
Orthopnoea hysterica, S. sp. 4.

2. Asthma (*exanthematicum*) a sca-

biae vel alia acris effusione retropulsa.

Asthma exanthematicum, S. sp. 11.
Asthma cachecticum, S. sp. 13.

3. Asthma (*plethoricum*) a suppressa evacuatione sanguinis antea solita, vel a plethora spontanea.

Asthma plethoricum, S. sp. 15.

Species asthmatis symptomaticae sunt,

Asthma hypochondriacum, S. sp. 4.
Asthma arthriticum, S. sp. 5.
Asthma venereum, S. sp. 14. *Junck.* tab. 32.

## G. LVI. DYSPNOEA.

Spirandi difficultas perpetua, sine angustiae, et potius cum repletionis et infarctus in pectore, sensu. Tussis per totum morbi decursum frequens.

Dyspnoea S. G. 144. L. 160. V. 267. *Sag.* 251. *Junck.* 32.
Orthopnoea, S. G. 146. L. 162. V. 269. *Sag.* G. 253. M. 574.

Species idiopathicae sunt,

1. Dyspnoea (*catarrhalis*) cum tussi frequente, mucum viscidum copiosum ejiciente.

Asthma catarrhale, S. sp. 16.
Asthma pneumonicum, *Willis*, Pharm. rat. P. II. sect. I. cap. 12.
Asthma pituitosum, *Hoffm.* III. sect. II. cap. II. §. 3.
Asthma pneumodes, S. sp. 17. Ed. Ess. III. 25.

2. Dyspnoea (*sicca*) cum tussi plerumque sicca.

Hujus causae variae haud facile dignoscendae sunt; sequentes autem Sauvagesii species huc referri possunt.

Dyspnoea a tuberculis, S. sp. 2.
Dyspnoea a steatomatis, S. sp. 5.
Orthopnoea a lipomate, S. sp. 18.
Dyspnoea a hydatidibus, S. sp. 4.
Dyspnoea polyposa, S. sp. 20.

3. Dyspnoea (*aërea*) a minima qua vis tempestatum mutatione aucta

Dyspnoea a pneumatia S. sp. 12.

4. Dyspnoea ( *terrea* ) cum tussi materiem terream vel calculosam ejiciente.

Dyspnoea calculosa, M. 574.

5. Dyspnoea ( *aquosa* ) cum urina parca et oedemate pedum, sine fluctuatione in pectore, vel aliis characteristicis hydrothoracis signis,

Dyspnoea pituitosa, S. sp. 1.
Orthopnoea ab hydropneumonia, S. sp. 12.

6. Dyspnoea ( *pinguedinosa* ) in hominibus valde obesis.

Orthopnoea a pinguedine, S. sp. 6.

7. Dyspnoea ( *thoracica* ) a partibus thoracem cingentibus laesis, vel male conformatis.

Dyspnoea traumatica, S. sp. 15.
Orthopnoea traumatica, S. sp. 14.
Dyspnoea Galenica, S. sp. 16.

Dyspnoea rachitica, S. sp. 10.

Asthma a gibbo, S. sp. 9.

8. Dyspnoea ( *extrinseca* ) a causis externis manifestis.

Asthma pulverulentorum, S. sp. 7.
Asthma metallicum, S. sp. 12.
Orthopnoea a vaporibus, S. sp. 16.
Orthopnoea a deglutitis, S. sp. 9.
Orthopnoea a fungis, S. sp. 25.
Orthopnoea ab antipathia, S. sp. 15.
Orthopnoea a bronchocele, S. sp. 10.

Dyspnoeae species symptomaticae sunt symptomata;

1. Morborum cordis, vel vasorum majorum.

Dyspnoea a corde, S. sp. 11.
Asthma a polypo cordis, S. sp. 6.
Orthopnoea polyposa, S. sp. 26.
Orthopnoea cardiaca, S. sp. 2.
Dyspnoea aneurysmatica, S. sp. 19.
Orthopnoea ab aneurysmate, S. sp. 8.
Dyspnoea ab aortae angustia, S. sp. 22.

2. Tumoris abdominalis.

Dyspnoea a physconia, S. sp. 7.
Dyspnoea a graviditate, S. sp. 8.

Dyspnoea tympanitica, S. sp. 9.
Dyspnoea a liene, S. sp. 14.
Dyspnoea a stomacho, S. sp. 13.
Dyspnoea a gastrocele, S. sp. 17.
Orthopnoea a gastrocele, S. sp. 11.

3. Variorum morborum,

Asthma febricosum, S. sp. 18.
Orthopnoea febricosa, S. sp. 20.
Orthopnoea peripneumonica, S. sp. 1.
Orthopnoea pseudo-peripneumonica, S.sp.21.
Orthopnoea variolosa, S. sp. 24.

Dyspnoea scorbutica, S. sp. 18.
Orthopnoea scorbutica, S. sp. 22.

Orthopnoea a hydrothorace, S. sp. 5.
Orthopnoea ab empyemate, S. sp. 13.
Orthopnoea a vomica, S. sp. 7.
Dyspnoea a vomica, S. sp. 6.

Orthopnoea a hydrocephalo, S. sp. 23.
Orthopnoea a vermibus, S. sp. 17.

G. LVII. PERTUSSIS.

Morbus contagiosus; tussis convulsiva, strangulans, cum inspiratione sonora, iterata; saepe vomitus.

Pertussis *Sydenham*. Ed. Leid. p. 200. 311,

312. *Huxham* de aëre, ad ann. 1732. Lond. Med. Obs. III. 27. 39. Soc. Royale III. Hist p. 268.
Tussis convulsiva, sive ferina, *Hoffm.* III. 111.
Tussis ferina, S. sp. 10. *Sag.* sp. 10.
Tussis convulsiva, S. sp. 11. *Sag.* sp. 11.
Amphimerina tussiculosa, S. sp. 13.

## III. In functionibus naturalibus.

G, LVIII. PYROSIS,

Epigastrii dolor urens, cum copia humoris aquei, plerumque inſipidi aliquando acris eructata.

Pyrosis, S. G. 200. *Sag.* G. 158.
Soda, L. 47. V. 154.
Scotis, the Water-Brash.

Species unica vera,

Pyrosis Suecica, S. sp. 4.
Cardialgia sputatoria, S. sp. 5. *Mach.* p. 515.

Caeterae Sauvagesii species symptomaticae sunt,

Pyrosis vulgaris, S. sp. 1.

Pyrosis a conceptione, S. sp. 6.
Pyrosis biliosa, S. sp. 2.
Pyrosis a phlogosi, S. sp. 3.
Pyrosis ulcerosa, S. sp. 5.

## G. LIX. COLICA.

Dolor abdominis, praecipue circa umbilicum torquens; vomitus; alvus adſtricta.

Colica, S. G. 204. L. 50. V. 160. *Sag.* G. 162. *Junck.* 106.
Colica spasmodica et flatulenta, *Hoffm.* II. 284. *Macb.* p. 519.
Rachialgia, S. G. 211. *Sag.* G. 168.
Ileus, S. G. 252. V. 162. *Sag.* G. 187. Iliaca, L. 185.
Dolor et spasmus iliacus, *Hoffm.* II. 263.
Passio iliaca, *Junck.* 107.

Species idiopathicae sunt,

1. Colica (*spasmodica*) cum retractione umbilici et spasmis musculorum abdominalium.

Colica spasmodica S. sp. 7.
Colica flatulenta, S. sp. 1.
Ileus physodes, S. sp. 9.

Colica bilioſa, S. sp. 5. *, Edin. Med. Ess. III. 27.
Colica pituitoſa, S. sp. 2. **.
Ileus a colo pituita infarcto, S. sp. 5.
Ileus Indicus, S. sp. 8.

Variat symptomatis superadditis; hinc,

a. Colica cum vomitu ſtercoris, vel rerum per anum injectarum.

Ileus spasmodicus, S. sp. 3. ***. Lond. Med. Obs. IV. 17. Edinb. Phys. Ess. II. 27. 28.

* Cum vomitus quivis vehemens et saepe repetitus bilem plerumque eliciat, *colicam* quam, ex vomitu bilis solo, *biliosam* appellarunt medici, omnino *spasmodicam* esse censeo.

** Pituita in parte quadam intestinorum congesta non nisi a spasmo obstruente fieri videtur; ideoque tum *colicam pituitosam*, tum *ileum*, *a colo pituita infarcto*, hic apposui.

*** *Ileus* gradu tantum, nequaquam natura, a *colica* differre mihi videtur; ideoque *ileum* pro varietate *colicae* tantum hic recensui Multi quidem medici *ileum* omnem inflammatorium esse putarunt. Dolorem autem abdominis, sive colicam, cum vomitu stercoris sine inflammatione ad-

Ileus volvulus, S. sp. 7.

b. Colica cum inflammatione ſuperveniente.

Ileus inflammatorius, S. sp. 1.
Colica phlogiſtica, S. sp. 6.

2. Colica (*pictonum*) praeeunte ponderis vel moleſtiae in abdomine, praecipue circa umbilicum, ſensu; accedente dolore colico, primum levi, non continuo, & praecipue poſt paſtum aucto; tandem graviore & fere perpetuo; cum dolore brachiorum, & dorſi, in paralyſin demum abeunte.

adesse, ipse aliquoties vidi. Sin antem inflammatio aliquando adsit, si eadem *colicae* supervenerit, *colicam phlogisticam* dari recte monuit Sauvagesius; nec ideo epigenomeno genus mutari; et si quidem cum dolore abdominìs et vomitu ab initio adfuerit inflammatio, morbum pro *enteritide* habere vellem. Denique, quovis modo dari *ileum* genus a *colica* diversum concedere non possum.

Rachialgia pictonum, S. sp. 1 *.
Colica pictonum *Citesii* et succedentium *Auctorum*. Med. Trans. l. 12. 13. 14. 15. 20. Edinb. Phys. Ess. l. 22. *Chalmers's* Carolina, p. 187.
Colica nervosa, *Mach*. p. 524.

Variat ratione causae remotae; & hinc

A veneno metallico.

Rachialgia metallica, S. sp. 3.
Colica pictonum *Tronchin*. Sp. sive a caussa remota 2da.

b. Ab acidis ingeſtis.

Rachialgia pictonum, S. sp. 1. *Tronchin*. sp. 3.

e. A frigore.

Rachialgia ab adiapneusti, *Tronchin*. sp. 5.

* *Rachialgiam* a *colica* genere diversam esse nequaquam video. Symptomata enim *colicae* essentialia in utroque morbo semper adsunt; et si forte alteri quaedam superaddita sint, haec speciem non genus diversum constituere possunt. Ut medici igitur nuperi fere omnes, ita ego quam *rachialgiam* appellarunt ASTRUCIUS et SAUVAGESIUS, pro specie *colicae* habui ac recensui.

δ. A contuſione dorſi.

Rachialgia traumatica, S. sp. 7.

3. Colica (*ſtercorea*) in hominibus alvi tardae, poſt diuturnam alvi obſtipationem.

Colica stercorea, S. sp. 3.
Ileus a faecibus induratis, S. sp. 2.

4. Colica (*accidentalis*) a materie acri ingeſta.

Colica accidentalis, S. sp. 18.
Colica Japonica, S. sp. 10.
Colica lactentium, S. sp. 20.
Ileus a veneno, S. sp. 14.
Cholera sicca auriginosa a fungis venenatis, S. sp. 2.

5. Colica (*meconialis*) neophitorum a meconio retento.

Colica meconialis, S. sp. 19.

6. Colica (*callosa*) cum sensu in quadam inteſtinorum parte ſtricturae, & saepe ante eam collecti flatus cum aliquo dolore, qui flatus

etiam per eandem paulatim tranſiens evaneſcit; alvo tarda, & tandem non niſi faeces paucas liquidas egerente.

Ileus a calloſa coli strictura, S. sp. 11. Edin. Med. Eſs. IV. 31.

7. Colica (*calculoſa*) cum duritie in quadam parte abdominis fixa; calculis quondam per anum dejectis.

Colica calculoſa, S. sp. 15. Edinb. Med. Eſs. I. 32. Edinb. Phys. Eſs. II. 26.
Ileus calculoſus, S. sp. 10.

Colicae symptomaticae sunt,

Colica febricoſa, S. sp. 21.
Rachialgia febricoſa, S. sp. 2. *Tronchin.* sp. 1.

Colica hyſterica, S. sp. 17.
Colica gravidarum, S. sp. 16.

Colica verminoſa, S. sp. 4.
Ileus verminoſus, S. sp. 13.
Colica Lapponica, S. sp. 9.

Rachialgia arthritica, S. sp. 4. *Tronchin.* sp.
Rachialgia ſcorbutica, S. sp. 6.

Ileus herniosus, S. sp. 6.
Colica enterocelica, S. sp. 22.
Ileus ad intestino compresso, S. sp. 4.
Colica schirrosa, S. sp. 12.
Colica pancreatica, S. sp. 13.
Colica mesenterica, S. sp. 11.

Rachialgia ab osteosarcosi, S. sp. 8.

Colica plethorica, S. sp. 8.

a. Haemorrhoidalis.
b. Catamenialis.

Colica pulsatilis, S. sp. 14.
Ileus imperforatorum, S. sp. 12.

## G. LX. CHOLERA.

Humoris bilioſi vomitus, ejusdem ſimul dejectio frequens; anxietas; tormina; surarum spasmata.

Cholera, S. 253. L. 186. V. 110. *Sag.* G. 188. *Hoffm.* II. 165.
Diarrhoea cholerica, *Junck.* 112.

Species idiopathicae sunt.

1. Cholera (*spontanea*) tempestate calida, ſine causa manifeſta oboriens.

Cholera spontanea; S. sp. 1. *Sydenh.* sect. IV. cap. 2. *Cleghorn's* Diseases of Minorca.
Cholera Indica, S. sp. 7.

2. Cholera (*accidentalis*) a rebus acribus ingeſtis.

Cholera crapulosa, S. sp. 11.
Cholera a venenis fossilibus, S. sp. 4.
Cholera e veneno animali, S. sp. 5.

Cholerae symptomaticae sunt,

Cholera intermittens, S. sp. 6.
Cholera inflammatoria, S. sp. 8.
Cholera arthritica, S. sp. 10.
Cholera verminosa, S. sp. 9.

G. LXI. DIARRHEA.

Dejectio frequens; morbus non contagiosus; pyrexia nulla primaria.

Diarrhoea, S. G. 253. L. 187. V. 105. *Sag.* G. 189. *Junck.* 112.
Hepatirrhoea, S. G. 246.
Cholerica, L. 190.
Coeliaca, S. G. 255. L. 189. V. 109. *Sag.* G. 199.
Lienteria, S. G. 266. L. 188. V. 108. *Sag.* G. 191.
Pituitaria, 111.

Leucorrhois, V. 112.
Lambsma ventris fluxus multiplex. Amst. 1756.

Species idiopathicae sunt,

1. Diarrhoea (*crapulosa*) qua ſtercora naturalibus liquidiora & majori copia dejiciuntur.

Diarrhoea stercorosa, S. sp. 1.
Diarrhoea vulgaris, S. sp. 2.

2. Diarrhoea (*biliosa*) qua faeces flavae magna copia dejiciuntur.

Diarrhoca biliosa, S. sp. 8.

3. Diarrhoea (*mucosa*) qua vel ab acribus ingeſtis, vel a frigore, praecipue pedibus applicato, mucus copiosus dejicitur.

Diarrhoea lactentium, S. sp. 19.
Dysenteria Parisiaca, S. sp. 3.
Diarrhoea ab hypercatharsi, S. sp. 16.
Dysenteria catharticis, S. sp. 12.

Pituitaria, V. 111.
Leucorrhois, V. 112.
Diarrhoea pituitosa, S. sp. 4.
Coeliaca mucosa, S. sp. 3.

Diarrhoea seroſa, S. sp. 10.
a. Diarrhoea urinoſa.

4. Diarrhoea (*coeliaca*) qua humor lacteus ſpecie chyli dejicitur.

Coeliaca chyloſa, S. sp. 1.
Coeliaca lactea, S. sp. 4.

5. Diarrhoea (*lienteria*) qua ingeſta parum mutata celeriter dejiciuntur.

Lienteria ſpontanea, S. sp. 2.

6. Diarrhoea (*hepatirrhoea*) qua materies ſeroſo-cruenta, ſine dolore dejicitur.

Hepatirrhoea inteſtinalis, S. sp. 2.

II. Symptomaticae.

Diarrhoea febrilis, S. sp. 3.
Diarrhoea febricoſa, S. sp. 20.
Hepatirrhoea intermittens, S. sp. 7.
Diarrhoea varioloſa, S. sp. 6.
Diarrhoea pleuriticorum, S. sp. 21.
Diarrhoea arthritica, S. sp. 9.
Diarrhoea colliquativa, S. sp. 13.
Diarrhoea choleriodes, S. sp. 17.
Hepatirrhoea vera, S. sp. 1.

Hepatirrhoea a vulnere, S. sp. 3.
Hepatirrhoea mesenterica, S. sp. 4.
Dysenteria a mesenterii vomica, S. sp. 11.
Diarrhoea purulenta, S. sp. 11.
Coeliaca purulenta, S. sp. 2.
Hepatirrhoea scorbutica, S. sp. 5.
Dysenteria scorbutica, S. sp. 18.
Lienteria scorbutica, S. sp. 3.
Lienteria ex ulcere ventriculi, S. sp. 1.
Lienteria aphthosa, S. sp. 4.
Lienteria secundaria, S. sp. 5.
Diarrhoea verminosa, S. sp. 14.
Diarrhoea a dentitione, S. sp. 15.
Diarrhoea chiliensis, S. sp. 12.
Diarrhoea acrasia, S. sp. 7.

## G. LXII. DIABETES.

Urinae plerumque praeternaturalis copia immodica, profuſio chronica.

Diabetes, S. G. 263. L. 197. V. 115. *Sag.* G. 199. *Junck.* 99. *Dobson*, Lond. Med. Observations, Vol. V. Art. 27. *Home's* Clinical Experiments, sect. xvi.
Dieuresis, V. 114.

Species idiopathicae sunt,

I. Diabetes (*mellitus*) cum urina odoris, coloris, & saporis mellei.

Diabetes Anglicus, S. sp. 2. *Mead.* on poisons. Essay 1. *Ejusdem* Monita Med. Cap. IX. sect. 2. Lond. Med. Obs. III. 26. *Dobson*, in Lond. Med. Obs. Vol. V. Art. 27. *Myers*, Diss. inaug. de Diabete, Edinb. 1779.

Diabetes febricosus, S. sp. 7. *Sydenh.* Epist. resp. ad *R. Brady* *.

## II. Diabetes (*insipidus*) cum urina limpida non dulci **.

*M. Kister* Exerc. medicin. II. de Diabete.

* Quaeri potest, an diabetes febricosus SYDENHAMI ad diabetem mellitum, an ad insipidum referri debeat? Et simul quaeri potest, an urina in diabete hysterico vel arthritico sit mellita, an insipida, cum SYDENHAMUS ipse nullibi de sapore urinae, in diabete quovis, quicquid dixerit? Ad posterius respondere possum, quod, ex propria observatione, novi, urinam in diabete hysterico et arthritico nequaquam dulcem, et fere prorsus insipidam esse, et diabetem febricosum SYDENHAMI ad diabetem mellitum ideo retuli; quod in simili senis, post diuturnam febrem, diabete, urinam omnino dulcem inveni.

** An hujusmodi diabetis species sit frequens, incertum est. In omnibus exemplis, iisque non

pau-

Diabetes legitimus S. sp. *Aretaeus* de Morb. diuturn. L. II. cap. 2.

paucis, quae viderat WILLISIUS, urinam mellitam semper invenit; et observationes nuperae frequentes fere omnes ejusmodi urinam exhibuerunt; ita ut dubium sit, an alia diabetis idiopathicae et permanentis species revera detur. Affirmat autem LISTERUS; et ego ipse inter plures mellitas unicam insipidam observavi. Ejusmodi itaque speciem dari concedo, ideoque recensui; sed, an recte legitima dici queat, vel an diabetes ARETAEI et plurium auctorum ejusmodi fuissent, multum dubito. Ante WILLISIUM quidem, vel prioris aevi, vel extra Angliam, medicorum nemo urinam dulcem annotaverat; sed ejusmodi urinam temporibus WILLISII primo et in Anglia tantum comparuisse, minus verisimile est; omnesque ante WILLISIUM de urina in diabete dulci prorsus siluisse, potius observationi perfunctoriae, vel omnino neglectae, imputarem. Quod observatores, quibus diabetis exempla antea occurrebant, vel negligentes vel malae fidei fuissent suspicor; cum plurimi eorum tam incredibilia, de potu in diabeticis per renes transeunte prorsus immutato, narrant. SYDENHAMUM autem ipsum, adeo perspicacem et diligentem, de statu urinae nihil monuisse, mirum videtur; sed cum scripta WILLISII, SYDENHAMO satis nota, urinam semper esse dulcem asseruerint, si diversam invenisset SYDENHAMUS, quin id indicasset, nullus dubito.

Diabetes ex vino, S. sp. 5. *Ephem. Germ.* D. I. A. II. Obs. 122.

Symptomaticae sunt;

Diabetes hystericus, S. sp. 3. *Sydenh.* diss. epist. ad *G. Cole*.
Diabetes arthriticus, S. sp. 6. *Sydenh.* de podagra.
Diabetes artificialis, S. sp. 4. *Malpigh.* de liene.

## G. LXIII. HYSTERIA.

Ventris murmura; sensus globi in abdomine se volventis, ad ventriculum & fauces ascendentis, ibique ſtrangulantis; sopor; convulsiones; urinae limpidae copia profusa; animus, nec sponte, varius & mutabilis *.

* Novit quisque, in Nosologia et in Medicina facienda quadantenus exercitatus, quam difficile sit inter dyspepsiam, hypochondriasin, et hysteriam semper accurate distinguere. Genera autem vera, et satis a se invicem distincta, indicasse mihi videor: recte autem, an secus, fecerim, aliis dijudicandum relinquo. Morbos affines facile inter se misceri probe novi; et, in quocunque casu, quisnam eorum pro primario sit.

Hysteria, S. G. 135. L. 126. V. 219. *Sag.* G. 242.
Malum hystericum, *Hoffm.* III. 50. *Junch.* 36.
Affectio hysterica, *Willis* de morb. convulsiv. cap. 5. 10. 11. *Sydenh.* diss. epist. ad *G. Cole*. *Whytt* on nervous disorders.

Quatenus specie differat hysteria idiopathica, dicere non possum, nec, ut opinor, recte dixit SAUVAGESIUS. Species enim ab eo recensitae non, nisi ratione caussae remotae, varietates esse mihi videntur. Ita habet,

A. Ab emansione menſium,

Hysteria chlorotica, S. sp. 2. *Raulin.* cap. 13.

B. A menorrhagia cruenta.

Hysteria a menorrhagia, S. sp. 3. *Raulin.* *Sydenham*, Diss. epist. ad *G. Cole*.

C. A menorrhagia serosa, sive fluore albo.

sit habendus, per characteres nosologicos indicare, mihi difficillimum fore agnosco. Posteri, ut spero, hanc rem luculentius expositam dabunt.

Hyſteria a leucorrhoea, S. sp. 4. *Raulin*, cap. 14.

D. A viscerum obstructione.

Hysteria emphractica, S. sp. 5. *Raulin*, cap. 5.

E. A vitio ſtomachi.

Hysteria stomachica, S. sp. 7. *Raulin*, cap. 4.

F. A Salacitate nimia.

Hysteria libidinosa, S. sp. 6*.

Manifesto symptomaticae sunt.

Hysteria verminosa, S. sp. 1. *Delii* Amoenit. Academ.

* In speciebus hysteriae recensendis, egregius SAUVAGESIUS RAULINUM, theoriae subtili et fallaci, potius quam observationi, innitentem, secutus fuisse videtur. Nec quidem inter caeteras hysteriae species indicasse videtur SAUVAGESIUS, illam quam maxime exquisitam et frequentissimam, censeo, illam, scilicet, quae foeminas adultas, laute viventes, sanguineas, plethoricas, valentiores, et a morbo alio quovis immunes, saepe ex pathemate mentis solo adoritur.

Hysteria febricosa, S. sp. 8. *Wedel.* in Ephem. German. D. I. A. II. Obs. 193.

## G. LXIV. HYDROPHOBIA.

Potionis cujuslibet, utpote convulsionem pharyngis dolentem cientis, fastidium & horror; plerumque e morsu animilis rabidi.

Hydrophobia, S. G. 231. L. 86. V. 30. *Sag.* G. 343. *Boerh.* 1138. *Junck.* 124. *Mead* on poisons. *Desault* sur la rage. *Sauvages* diss. sur la rage. *James* on canine madness. *Dalby*, Virtues of cinnaber and musk against the bite of a mad dog. *Nugent* on the hydrophobia. *Chòisel*, Nouvelle methode pour le traitement de la rage. *Journal de Medecine*, passim. *Lond. Med. Obs. and. Inquir.* Vol. III. Art. 34. Vol. V. Art. 19. 26. and. App. *Lond. Med. Trans.* Vol. II. Art. 5. 12. and. 15. *Edinb. Med. Ess.* V. Art. 51. *Heysham*, Diss. Inaug. de rab. canin. Edinb. 1777. *Parry*, Diss. inaug. de rab. contagios, sive canin. Edinb 1778. *Soc. Royale* I. Mem. p. 105. 146. *Andry*, Recherches sur la rage, 1780. *Soc. Royale* II. Hist. p. 229. 230. 456. III. Hist. p. 167. *Vaughan*, Cases of hydrophobia, second. edit. 1778.

Species sunt,

I. Hydrophobia (*rabioſa*) cum mordendi cupiditate ex morſu animalis rabidi.

Hydrophobia vulgaris, S. sp. 1.

II. Hydrophobia (*ſimplex*) ſine rabie, vel mordendi cupiditate.

Hydrophobia ſpontanea, S. sp. 2. Edinb. Med. Eſs. I. 29.

## O. IV. VESANIAE*.

* *Veſaniarum* ordinem hic inſtituere velim; quae cum claſſe VOGELII nona, *Paranoiae* inſcripta, eadem omnino ſit; ſed a claſſe *Veſaniarum* SAUVAGESII et SAGARI in eo diverſa, quod horum auctorum ordines *Hallucinationum* et *Moroſitatum* prorſus excludat; itidemque a claſſe *Mentalium* apud LINNAEUM diverſa, quod hujus auctoris ordines *Imaginariorum* et *Patheticorum* etiam omittat.

A claſſe *Veſaniarum* autem tum *Hallucinationes* tum *Moroſitates* excluſas eſſe velim; quia neque cauſis, neque ſymptomatis cum *Veſaniis* ſtricte dictis ullo modo congruant. Quis enim

Mentis * judicantis functiones laesae ſine pyrexia vel comate.

Paranoiae, V. Cl. IX.
Deliria, S. Cl. VIII. O. III. *Sag.* Cl. XI. O. III.
Ideales, L. Cl. V. O. I.

Syrigmum vel Bulimiam, vel aliam *Hallucinationem* sive *Morositatem*, quae a mentis judicio non pendeat Vesaniam appellare vellet? Verum quidem est, tum hallucinationes, tum morositates, cum vesaniis aliquando conjunctas esse, sed simul adsunt alia vesaniae indicia, quae ejusmodi hallucinationes et morositates affectionis magis generalis symptomata tantum esse ostendunt. Ob has rationes, hallucinationes SAUVAGESII et imaginarios LINNAEI ad morbos locales olim detuli; et nunc morositates SAUVAGESII et patheticos LINNAEI, antea a nobis omnino omissos, ad locales etiam deferendos esse censui.

* In priore Nosologiae nostrae editione, has functiones simpliciter mentis esse dixi, minus autem recte; nam perceptio falsa sive *hallucinatio*, et appetitus erroneus sive *morositas*, quodammodo ad mentis functiones pertinent; cum vero utrasque ab hac classe exclusas esse velim, oportebat classis characterem nunc mutare, et mentis judicantis functiones dicere.

## G. LXV. AMENTIA.

Mentis judicantis imbecillitas, qua homines rerum relationes, vel non percipiunt, vel non reminiscuntur.

Amentia, S. G. 233. V. 337. *Sag.* G. 346.
Morosis, L. 106.
Stupiditas, morosis, fatuitas, V. 336.
Amnesia *, S. G. 237. *Sag.* G. 341.
Oblivio, L. 107. V. 338.
Memoriae debilitas, *Junck.* 120.

Species sunt,

I. Amentia (*congenita*) a nativitate constans.

Amentia morosis, S. sp. 8.
Amentia microcephala, S. sp. 6.

II. Amentia (*senilis*) ex perceptione & memoria, ingravescente aetate, imminutis.

* Amnesiam cnm amentia ad unum genus retuli, tum quia plerumque conjungantur, tum quia ab iisdem causis plerumque oriantur, et amnesia ingravescens ad amentiam semper ducat.

Amentia senilis, S. sp. 1.
Amnesia senilis, S. sp. 2.

III. Amentia (*acquiſita*) a cauſis externis, evidentibus in hominibus sanae mentis superveniens.

Amnesia febrisequa, S. sp. 8.
Amentia a quartana, S. sp. 11.
Amnesia cephalalgica, S. sp. 6.
Amnesia plethorica, S. sp. 4.
Amentia rachialgica, S. sp. 10.

Amnesia a venere, S. sp. 1.
Amnesia a pathemate, S. sp. 5.

Amentia a venenis, S. sp. 3.
Amentia a temulentia, S. sp. 7.

Amentia ab ictu, S. sp. 9.
Amnesia traumatica, S. sp. 3.

Sequentes Sauvagesii species in Nosologia methodica nequaquam recenseri debent, cum causae internae a quibus characteres desumuntur, per ſigna externa nequaquam dignosci poſſint.

Amentia serosa, S. sp. 2.
Amentia a tumore, S. sp. 4.

Amentia a hydatidibus, S. sp. 5.
Amentia a siccitate, S. sp. 7.
Amentia calculosa, S. sp. 12.

## G. LXVI. MELANCHOLIA.

### Insania* partialis ſine dyspepſia**.

Melancholia, S. G. 234. L. 71. V. 332. *Sag.* G. 347. *Boerh.* 1089. *Junck.* 121.
Daemonomania, S. G. 256. *Sag.* 348.
Daemonia, L. 69.
Vesania, L. 70.
Panophobia, L. 75.
Athymia, V. 329.
Delirium melancholicum, *Hoffm.* III. 251.
Erotomania, L. 82.
Nostalgia, S. G. 216. L. 83. *Sag.* G. 338. *Junck.* 125.
Melancholia nervea, Cl. *Lorry* de melancholia, P. I.

* Insaniam adesse dicimus, quando rerum relationes omnino falsae mente concipiuntur, ita ut hominis vel pathemata vel actiones praeter rationem excitentur.

** Hypochondriasis et melancholia non semper distingui possunt. Si quando autem possint, nullo alio signo quam per dyspepsiam in hypochondriasi semper praesentem, in melancholia saepe absentem rite, quantum video, distinguendi sunt.

Vasiat pro varietate rerum de quibus homo delirat. Ita eſt,

1. Cum hallucinatione de ſtatu corporis sui a levibus cauſis periculoſo; vel de ſtatu rerum suarum triſti metuendo.

Melancholia vulgaris, S. sp. 1.
Melancholia argantis, S. sp. 4.
Panophobia phrontis, S. sp. 3.

2. Cum hallucinatione de ſtatu rerum suarum jucundo.

Melancholia moria, S. sp. 5.
Melancholia enthusiastica, S. sp. 13.
Melancholia saltans, S. sp. 8.

3. Cum amore vehementi ſine satyriaſi vel nymphomania.

Melancholia amatoria, S. sp. 2.
Erotomania, L. 82.

4. Cum superſtitioso futurorum metu.

Melancholia religiosa, S. sp. 3.

5. Cum aversatione motus & omnium vitae officiorum.

Melancholia attonita, S. sp. 6.

6. Cum inquietudine & ſtatus cuiusvis impatientia.

Melancholia errabunda, S. sp. 7.

7. Cum taedio vitae.

Melancholia Anglica *, S. sp. 11.
Melancholia phrontis, S. sp. 14.

6. Cum hallucinatione de sua speciei natura.

Melancholia zoantropica, S. sp. 12.
Melancholia hippantropica, S. sp. 9.
Melancholia scytharum, S. sp. 10.

DAEMONOMANIAM nullam veram esse censeo **, & nostra sententia spe-

* Apud Anglos fortassis taedium vitae non semper a morbo pendet.

** Ita censeo, quia daemonum in nostra corpora vel hisce temporibus in mentes noſtras, potentiam ullam esse pauci iam credunt.

cies sub hoc titulo a Sauvagesio recenſitae sunt, vel,

1. Species melancholiae sive maniae uti

Daemonomania fanatica, S. sp. 5.
Daemonomania Indica, S. sp. 7.

Vel, 2do, Morbi ab adſtantibus ad daemonum potentia ſalso relati, uti

Daemonomania a vermibus, S. sp. 4.
Daemonomania Polonica, S. sp. 8.
Daemonomania a cardiogmo, S. sp. 9,

Vel, 3tio, Morbi omnino ſimulati, uti

Daemonomania sagarum, S. sp. 1.
Daemonomania vampirismus, S. sp. 2.
Daemonomania simulata, S. sp. 3.

Vel, 4to, Morbi partim veri, ut No. 2., partim simulati, ut 3tio, recensiti, uti

Daemonomania hysterica, S. sp. 6.

## G. LXVII. MANIA.

Insania universalis.

Mania, S. G. 235. L. 68. V. 331. *Sag.* G. 349. *Boerh.* 1118. *Junck.* 122. *Battie* on madness.
Paraphrosyne, L. 66.
Amentia, L. 67.
Delirium maniacum, *Hoffm.* III. 251.

1. Mania (*mentalis*) omnino a pathemate mentis.

Mania a pathemate, S. sp. 1. Exempla inveniuntur ex melancholia apud *Preysingerum* de diagnosi morborum capitis; ex terrore. apud *Lockerum* de mania; ex amore apud Ephem. Nat. Cur. Dec. II. A. X. Obs. 126.; ex ira apud *Hoffman.* III. p. 263.

2. Mania (*corporea*) a vitio corporis evidente.

Variat pro varietate vitii corporis; hinc

Mania metastatica, S. sp. 4.
ab ulcere siccato *Amat. Lusitan.* Cent. II. cur. 67.

a resecta plica, *Hoffm.* tom. III. p. 263. Ephem. N. Cur. Cent. I. Obs. 35.
a represso herpete, *Locher* de mania.
a menstruis retentis *Schenck.* Obs. p. 142.
a semine retento, *Schenck.* ibid.
a repressa scabie, *Lorry* de melancholia, tom. II. P. II. cap. 3.
a graviditate, *Lorry*, P. I. cap. 7.
a parciori lactis et lochiorum fluxu, *Puzos*, 3. Mem.
Mania lactea, S. sp. 2.
Mania hysteralgica, S. sp. 8.
Mania ab hemicrania, S. sp. 3.
Mania a venenis, S. sp. 5.
Phrenitis inanitorum, S. sp. 16.

3. Mania (*obscura*) praegresso nullo vel pathemate mentis, vel vitio corporis evidente.

Mania vulgaris, S. sp. 7.
Phrenitis apyreta, S. sp. 10.
Mania periodica, S. sp. 6.

Maniae species symptomaticae sunt,

Paraphrosyne, S. G. 282. *Sag.* G. 345

1. Paraphrosyne a venenis,

Paraphrosyne temulenta, S. sp. 1.
Paraphrosyne a natura, S. sp. 2.

Paraphrosyne ab opio, S. sp. 3.
Paraphrosyne a conio, S. sp. 4.
Paraphrosyne magica, S. sp. 5.

2. Paraphrosyne a pathemate, S. sp. 7.

Paraphrosyne hysterica, S. sp. 12.

3. Paraphrosyne febrilis.

Delirium, L. 65. V. 330.
Paraphrosyne febricosa, S. sp. 10.
Paraphrosyne critica, S. sp. 11.
Paraphrosyne calentura, S. sp. 9.
Paraphrosyne puerperarum, S. sp. 8.

G. LXVIII. ONEIRODYNIA.

In somno imaginatio vehementior vel molesta.

Somnium, V. 339.
Somnabulismus, S. G. 221. L. 77. *Sag.* G. 333.
Hypnobatasis, V. 340.
Noctambulatio, *Junck.* 124.
Ephialtes, S. G. 138. L. 163. *Sag.* 245.
Incubus, V. 211. *Junck.* 50.

1. Oneirodynia (*activa*) excitans ad ambulationem, & motus varios.

Somnambulismus vulgaris, S. sp. 1.

Somnambulismus catalepticus, S. sp. 2.

2. Oneirodynia (*gravans*) ex sensu ponderis alicujus incumbentis, & pectus praecipue comprimentis.

Ephialtes plethorica, S. sp. 1.
Ephialtes stomachica, S. sp. 2.
Ephialtes hypochondriaca, S. sp. 6.
Ephialtes tertianaria, S. sp. 5.
Ephialtes verminosa, S. sp. 4.
Ephialtes ex hydrocephalo *, S. sp. 3.

## CL. III. CACHEXIAE.

Totius vel magnae partis corporis habitus depravatus; sine pyrexia primaria vel neurosi.

Cachexiae, S. Cl. X. V. Cl. VIII. *Sag.* Cl. III.
Deformes, L. Cl. X.

* Cum hydrocephalus per signa externa non semper dignosci possit, haec species minus apte recensetur; sed ideo apposui, quod ephialtes in iis qui simul anasarca crurum, et hydrothorace vel ascite laborant, ad hydrocephalum utcunque referri possit.

## O. I. MARCORES.

Corporis totius macies.

Macies, S. Cl. X. O. I. *Sag.* Cl. III. O. I.
Emaciantes, L. Cl. X. O. I.

### G. LXIX. TABES.

Marcor; aſthenia; pyrexia hectica.

Tabes, S. G. 275. L. 209. V. 309. *Sag.* G. 100.

Species ſunt,

1. Tabes (*purulenta*) ex ulcere externo vel interno, vel ex vomica,

Tabes a vomica, S. sp. 15.
Tabes ulceroſa, S. sp. 12.
Tabes apoſtematodes, S. sp. 3.

Variat ſede; hinc

Tabes renalis, S. sp. 2.
Tabes hepatica, S. sp. 8.
Tabes a ſtomacho, S. sp. 14.
Tabes a pericardio, S. sp. 7.

Tabes catarrhalis *, S. sp. 13.

2. Tabes (*scrophulosa*) in corporibus ſcrophuloſis.

Tabes glandularis, S. sp. 10.
Tabes mesenterica, S. sp. 9.
Scrophula mesenterica, S. sp. 4.
Atrophia infantilis, S. sp. 13.
Atrophia rachitica, S. sp. 8.
Tabes rachialgica, S. sp. 16.

3. Tabes (*venenata*) a veneno ingeſto.

Tabes a veneno, S. sp. 17.

Atrophia (*febrisequa*), S. sp. 16. ad tabem purulentam, vel ad genus atrophiae, pertinet.

G. LXX. ATROPHIA.

Marcor & aſthenia, sine pyrexia ** hectica.

* Si cum catarrho diuturno adfuerit tabes, cum pyrexia hectica, nihil dubitarem ejusmodi tabem catarrhalem ad purulentam referre.

** Atrophia fortassis nunquam sine pyrexia, sal-

Atrophia, S. G. 277. L. 210. V. 308. *Sag.* G. 102. *Junck.* 41.
Marasmus, L. 211.

Species sunt,

1. Atrophia (*inanitorum*) ex evacuatione nimia.

Atrophia a ptyalismo, S. sp. 7.
Atrophia a vomitu, S. sp. 9.
Atrophia ab alvi fluxu, S. sp. 6.
Tabes nutricum, S. sp. 4.
Atrophia nutricum, S. sp. 5.
Atrophia a leucorrhoea, S. sp. 4.
Tabes dorsalis *, S. sp. 1.
Tabes sudatoria, S. sp. 6.
Tabes a sanguifluxu, S. sp. 2.
Sanguinis inopia Ill. Lieutaud. synops. univ. med. vol. I. pag. 52.

saltem sine pulsu solito frequentiori, adest; sed absentia pyrexiae hecticae, ( pag. 80. ) fere semper atrophiam a tabe distinguit.

* An ad atrophiam inanitorum, an ad atrophiam debilium, pertineat tabes dorsalis, dubium mihi videtur, et ad posteriorem referre mallem.

2. Atrophia (*famelicorum*) a nutrimento deficiente.

Atrophia lactentium, S. sp. 3.

3. Atrophia (*cacochymica*) a nutrimento corrupto.

Atrophia scorbutica, S. sp. 12.
Tabes syphilitica, S. sp. 11.
Tabes ab hydrope, S. sp. 5.

4. Atrophia (*debilium*) a nutritionis functione depravata, praegressa nulla vel evacuatione nimia, vel cacochymia.

Atrophia nervea, S. sp. 1.
Atrophia lateralis, S. sp. 15.
Atrophia senilis, S. sp. 11.

## O. II. INTUMESCENTIAE.

Totum vel magna corporis pars extrorsum tumens.

Intumescentiae, S. Cl. X. O. II. *Sag.* Cl. III. O. II.
Tumidosi, L. Cl. X. O. II.

Sect. I. *ADIPOSAE.*

G. LXXI. POLYSARCIA.

Corporis pinguedinosa iutumescentia molesta.

Polysarcia, S. G. 279. L. 213. V. 540. *Sag.* G. 106.
Steatites, V. 390.

Species unica,

Polysarcia adiposa, S. sp. 1. Lond. Med. Obs. III. 9. V. 21. 22. Med. Trans. II. 18.

Sect. II. *FLATUOSAE.*

G. LXXII. PNEUMATOSIS.

Corporis intumescentia tensa, elastica, sub manu crepitans.

Pneumatosis, S. G. 280. V. 391. *Sag.* G. 107.
Emphysema, S. G. 13. L. 288. V. 392.
Leucophlegmatia, L. 214.
*Combalusier* de flatulentis corporis humani affectibus.

Species sunt,

1. Pneumatosis ( *spontanea* ) sine causa manifesta.

Emphysema spontaneum, S. sp. 1.
Pneumatosis febrilis, S. species aliquot. Lond. Med. Obs. VI. 19.

2. Pneumatosis ( *traumatica* ) a vulnere thoracis.

Pneumatosis a vulnere, S. sp. 2. Lond. Med. Obs. II. 2. III. 4. 35. 36. *Cheston*, chap. 1.
Pneumatosis febrilis, S. species aliquot.

3. Pneumatosis (*venenata*) a veneno injecto vel applicato.

Pneumatosis a veneno, S. sp. 1.

4. Pneumatosis ( *hysterica* ) cum hysteria.

Pneumatosis hysterica, S. sp. 3.

G. LXXIII. TYMPANITES.

Abdominis intumescentia tensa, elastica, sonora; alvus adstricta; caeterarum partium macies.

Tympanites, S. G. 291. L. 219. V. 316. *Sag.* G. 118. *Boerh.* 226. *Junck.* 87.
Affectio tympanitica, *Hoffm.* III. 339.
Meteorismus, S. G. 292.

Species sunt,

1. Tympanites (*intestinalis*) cum tumore abdominis saepe inaequali, et et cum rejectione aëris frequenti, tensionem et dolorem levante.

Tympanites intestinalis, S. sp. 1. Edinb. Med. Ess. I. 31.
Tympanites enterophysodes, S. sp. 3.
Tympanites verminosus, S. sp. 7.
Tympanites spasmodicus, S. sp. 5.

Meteorismus ventriculi, S. sp. 1.
Meteorismus abdominis, S. sp. 2.
Meteorismus hystericus, S. sp. 3.
Meteorismus a manzanilla, S. sp. 4.

2. Tympanites (*abdominalis*) cum resonitu evidentiore, tumore magis aequali, et emissione flatuum rariori et minus levante.

Tympanites abdominalis, S. sp. 2.
Tympanites asciticus, S. sp. 4.

Ascites flatulento-peritoneus, S. sp. 28.
Tympanites Stewartii, S. sp. 6.

## G. LXXIV. PHYSOMETRA.

Tumor levis, elasticus, in hypogastrio figuram et sedem uteri referens.

Physometra, S. G. 290. *Sag.* G. 117.
Hysterophyse, V. 317.

Species sunt,

Physometra sicca, S. sp. 1.
Tympanites uteri sicca, *Astruc*, sur les malad. des femmes, L. II. cap. 9.
Physometra humida, S. sp. 2.
Tympanites uteri humida, *Astruc*, loc. cit.

## Sect. III. *AQUOSAE SIVE HYDROPES.*

## G. LXXV. ANASARCA.

Corporis totius vel partis ejus intumescentia mollis, inelastica.

Anasarca, S. G. 281. L. 215. V. 313. *Sag.* G. 108. *Boerh.* 1225. *Hoffm.* III. 322. *Junck.* 87. *Monro* on the dropsy, 1765. *Milman.* Animadversiones de hydrope, 1779.
Phlegmatia, S. G. 282.
Angina aquosa, *Boerh.* 791.

Species sunt,

1. Anasarca (*serosa*) a retento sero ob evacuationes solitas suppressas, vel ab aucto sero ob ingestam aquam nimiam.

Anasarca metastatica, S. sp. 1.
 a. Anasarca periodica.
 b. Anasarca ab adiapneustia.
Phlegmatia lactea, S. sp. 3.
Phlegmatia a menostasia, S. sp. 5.
Anasarca urinosa, S. sp. 11.
Anasarca hydropotarum, S. sp. 10.

2. Anasarca (*oppilata*) a compressione venarum.

Anasarca gravidarum, S. sp. 5.
Phlegmatia gravidarum, S. sp. 4.
Phlegmatia cruralis, S. sp. 9.
Angina Loweriana, S. sp. 2.
 Angina oedematosa, *Boerh.* 791.

3. Anasarca (*exanthematica*) post exanthemata, et praecipue post erysipelas, suborta.

Anasarca exanthematica, S. sp. 3.

Phlegmatia exanthematica, S. sp. 10.
Phlegmatia ulcerosa, S. sp. 6.
Phlegmatia Malabarica, S. sp. 7.
Phlegmatia elephantina, S. sp. 8.
Anasarca Americana, S. sp. 7.

4. Anasarca (*anaemia*) a tenuitate sanguinis per haemorrhagiam producta.

Anasarca a fluxu, S. sp. 2.

5. Anasarca (*debilium*) in debilibus a morbis longis, vel ab aliis causis.

Phlegmatia vulgaris, S. sp. 1.
Anasarca a febribus, S. sp. 4.
Anasarca hysterica, S. sp. 2.
Phlegmatia hysterica, S. sp. 2.
Anasarca rachialgica, S. sp. 8.
Phlegmatia Deliensis, S. sp. 11.

Anasarca purulenta, S. sp. 9. vix ad anasarcam referri potest.

G. LXXVI. HYDROCEPHALUS.

Capitis intumescentia mollis, inelastica, hiantibus cranii suturis.

Hydrocephalus, S. G. 285. L. 216. *Boerh.* 1217.

Hydrocephalum, V. 384.

Species unica,

Hydrocephalus exterior, S. sp. 2.*. Lond. Med. Obs. V. 13. Med. Trans. II. 18. Edinb. Med. Ess. III. 22.

## G. LXXVII. HYDRORACHITIS.

Tumor supra vertebras lumborum, mollis, exiguus, hiantibus vertebris.

Hydrorachitis, S. G. 287. *Morgagn.* de sed. XII. 9. et seq.
Spinola, L. 289.
Spina bifida, V. 386.

## G. LXXVIII. HYDROTHORAX.

Dyspnoea; faciei pallor; pedum oedemata; urina parca; decubitus difficilis; subita et spontanea ex somno cum palpitatione excitatio; aqua in pectore fluctuans.

Hydrothorax, S. 150. V. 311. *Boerh.* 1219.

* Hydrocephalum internum, antea hic recensitum, ad Apoplexiam, sub nomine Apoplexiae hydrocephalicae, jam supra retuli.

Species sunt,

Hydrothorax vulgaris, S. sp. 3.
Hydrothorax febrisequens, S. sp. 4.
Hydrothorax a scabie, S. sp. 9.

Sequentes minus recte recensentur, cum liquidi intus contenti neque natura, neque fons, neque sedes per signa externa dignosci queant.

Hydrothorax chylosus, S. sp. 1. *Willis*, Pharm. rat. P. I. sect. 1. Cap. 13.
Hydrothorax hydatidosus, S. sp. 5. *Morg.* de sed. XVI. 33.
Hydrothorax mediastini, S. sp. 6.
Hydrothorax pleurae, S. sp. 7. *Hoffm.* III. p. 337. *Bergeron*, diss. de hydrope pectoris.
Hydrothorax pericardii, S. sp. 8. *Morg.* de sed. XVI. 34. 36. *Senac* de coeur, tom. II. p. 349. Edinb. Med. Ess. V. 56. 58. 59.

Minus recte a SAUVAGESIO hic recensetur.

Hydrothorax ab omento, S. sp. 2.

## G. LXXIX. ASCITES.

Abdominis intumescentia tensa, vix elastica, sed fluctuosa.

Ascites, S. G. 288. L. 217. V. 314. *Sag.* G. 115. *Boerh.* 1226. *Hoffm.* III. p. 322. *Junck.* 87. *D. Monro* on the dropsy, 1765. Med. Trans. II. 17. *Milman*, Animadversiones de hydrope, 1779.

Species sunt,

1. Ascites (*abdominalis*) cum tumore totius abdominis aequali, et cum fluctuatione satis evidente.

Ascites vulgatior, S. sp. 1.

Variat ratione causae.

A. Ab oppilatione viscerum.

Ascites ab oppilatione, S. sp. 2.
Ascites ab hepate, S. sp. 3.
Ascites a liene, S. sp. 4.
Ascites scrophulosus, S. sp. 5.
Ascites artificialis, S. sp. 10.

B. A debilitate.

Ascites ab exanthematis, S. sp. 8.
Ascites arthriticus, S. sp. 9.
Ascites febrilis, S. sp. 12.
Ascites ex quartana, *Werlhof.*
Ascites scorbuticus, S. sp. 11.

C. A tenuitate sanguinis.

Ascites a sanguifluxibus, S. sp. 7.

Variat etiam ratione liquidi effusi.

Ascites purulentus, S. sp. 21. *.
Ascites urinosus, S. sp. 22.
Ascites chylosus, S. sp. 23.
Ascites oleosus, S. sp. 24.

2. Ascites (*saccatus*) cum tumore abdominis, saltem initio, partiali et cum fluctuatione minus evidente.

Ascites ab ovariis, S. sp. 6.
Ascites ovarii, S. sp. 19.
a. Ascites saccatus.
Hydrometra ovarii, S. sp. 6.
Ascites cruentus, S. sp. 20. Edinb. Med. Ess. V. 63.
Ascites stomachi, S. sp. 16.
Ascites omentalis, S. sp. 18.

Ascites intercus, S. sp. 14.
Ascites sanguineo-intercus, S. sp. 26.
Ascites sanguineo-peritonaeus, S. sp. 27.
Ascites purulento-peritonaeus, S. sp. 29.

* De hisce et pluribus aliis ascitis speciebus recensitis idem notandum est, ac in pag. 212

## G. LXXX. HYDROMETRA.

Hypogastrii in mulieribus paulatim crescens tumor, uteri ſiguram referens, pressui cedens fluctuansve; citra ischuriam et graviditatem.

Hydrometra, S. G. 289. *Sag.* G. 116. *Boerh.* 1225.

Species per externa signa distinguendae vix dari possunt: sed sequentes ex SAUVAGESIO recensentur.

Hydrometra ascitica, S. sp. 1.
Hydrometra gravidarum, S. sp. 2.
Hydrometra hydatica, S. sp. 4.
Ascites uterinus, S. sp. 15.
Hydrometra sanguinea, S. sp. 3.
Ascites sanguineo uterinus, S. sp. 25.
Hydrometra puriformis, S. sp. 5.

## G. LXXXI. HYDROCELE.

Tumor scroti non dolens, paulatim crescens, mollis, fluctuans, pellucidus.

Oscheocele, S. G. 41. V. 388.
Oscheophyma, *Sag.* G. 44.

Hxdrops scroti, V. 389.
Hydrops testium, *Boerh.* 1227.

Species sunt,

Oscheocele aquosa, S. sp. 2. *Monro* in Edinb. Med. Ess. Vol. V. Art. 21. *Sharp's* Operations and critical inquiry. *Douglas* on the hydrocele. *Pott's* remarks on the hydrocele. *Le Dran*, Operations de Chirurgie. *Bertrandi* in Mem. de l' Acad. de chirurgie, Vol. III.
Oscheocele hydatidosa, S. sp. 3.
Oscheocele Malabarica, S. sp. 4. *Kempfer*, Amoen. exot. fasc. III. obs. 7.

Sect. IV. *SOLIDAE.*

G. LXXXII. PHYSCONIA.

Tumor quandam abdominis partem potissimum occupans, paulatim crescens, nec sonora, nec fluctuans.

Physconia, S. G. 283. V. 325. *Sag.* G. 110.
Hyposarca, L. 218.

Species sunt *,

* Species sequentes nequaquam ad normam Nosologiae methodicae recensentur, sed accuratius

## Physconia hepatica, S. sp. 1.

Cl. *Cusson. Bonet.* Sepulchr. de graviditate falsa, obs. 3. n. 8. 9. 10. *Verduc* Patholog. du rachitis.

a. *Schirrhodea.* G. *Segeri* M. Nat. Cur. D. I. Ann. IV. obs. 142.

b. *Calculosa Bonet* Sepulchr. de hypochondrii tumore, obs. 5.

c. *Hydatidosa Winckeri* Disp. de hydatidibus apud *Bonet.* Med. Septent. T. II. pag. 313.

## Physconia splenica, S. sp. 2.

a. *Emphractica Haller.* Disp. pathol. T. IV. Disp. 109. *Tulp.* Obs. med. lib. II. cap. 30.

b. *Schirrhodea Bonet.* Sepulchr. de ventris tumore, obs. 34. n. 3.

## Physconia renalis, S. sp. 3.

*Bonet.* Sepulchr. de gravid. falsa, obs. 3. n. 7.

a. *Calculosa Plater.* Obs. L. II. p. 449. *River*, cent. IV. obs. 34.

b. *Sarcomatico-cystica Haller.* Disp. pathol. Disp. 114.

...tius physconiae species indicare difficile foret, ...saltem plus exegisset, quam quo nunc fruor ...otii Interim *Cussoni* doctissimi opus summae ...ad pathologiam utilitatis repetere hic placuit.

## Phyſconia uterina, S. sp. 4.

*Bonet.* Sepulchret. de gravid. falsa, obs. 2. n. 5. 6. 7.

## Phyſconia ab ovario; S. sp. 5.

*Monro*, Edinb. Med. Ess. tom. VI. Art. 74. obs. 1.

## Phyſconia mesenterica, S. sp. 6.

a. *Hydatidosa Greg. Horstii*, Lib. 5. obs. 33. *Tulp.* obs. Lib. II. c. 34.
b. *Strumosa Bonet.* ex Rudnicio de ventr. tumore, obs. X. n. 15. *Ambr. Pare*, L. VII. c. 21. *Scultet.* Armam. chirurg. obs. 38.
c. *Schirrodea Marc. Donat.* Hist. med. mir. lib. VII. c. 15. *Claudin.* consult. Sect. II. consult. 134. *Trincavell*, lib. III. cons. 22. *Riolan.* Anthropogr. lib. II. c. 26. *Morgagni* de sedib. ep. 39. n. 2.
d. *Sarcomatica Bonet.* Sepulchr. de falsa gravid. obs. 3. n. 1.
e. *Steatomatosa*, *Barth. Cabrol.* Obs. 33. et 35. *Tulp.* Obs. Lib. II. c. 32. et 33. *J. Lechelii* apud *Bonet.* Med. sept. T. II. p. 486. Idem Collect. acad. tom. III. p. 585. *Hierne* Collect. Acad. tom. III. p. 226. Obs. 166.
f. *Fungosa*, *Bonet.* Sepulchr. de gravid. falsa, obs. 3.

## Physconia intestinalis, S. sp. 7.

a. *Concreto-glomerata*, *Morgagn.* de sedib. epist. 39. n. 21. 25.
b. *Sarcomatica*, *Fontan.* Obs. med. selectiores, obs. 11.

## Physconia omentalis, S. sp. 8.

*Frid. Reebman* Diss. de omento.

## Physconia polysplachna, S. sp. 9.

a. *Schirrhodea*, *Fabr. Hildani* cent. II. obs. 45.
b. *Schirrhodea et sarcomatica*, *Huldenreich*, Misc. Nat. C. D. I. ann. VI. et VII. p. 321.
c. *Schirrhodea et adiposa T. Bartholin.* cent. III. obs. 6.
d. *Hydatidosa*, *Volch. Coiter.* Obs. anat. p. 117. *Maur. Cordaei* comm. 5. ad lib. priorem, *Hippocr.* de muliebr.
e. *Hydatidosa et schirrhodea*, *Halleri* Disp. pathol. Tom. V. p. 256.

## Physconia visceralis, S. sp. 10.

*Bonet.* Sepulchr. de gravid. falsa, obs. 3. Megalosplachnos *Hippocrat. Marc. Donat.* Hist.

med. mir. lib. VI. c. 2. *Schenck.* ex Garnero de liene, Lib. III. Obs. 9. *Salmuth.* cent. I. obs. 21. *Bonet.* Med. sept. Lib. VII. p. 487. *Bianchi* Hist. hepat. T. I. p. 130.

Physconia externa lupialis, S. sp. 11.

*Graham* Trans. philos. compend. V. IX. cap. 4. p. 187.

Physconia externa scirrhodea, S. sp. 12.

*Ger. Blas.* Obs. med. VI.

Physconia externa hydatidosa, S. sp. 13.

*Bonet.* Sepulchr. de gravid. falsa, obs. 3. §. 2. 3. 4. 11. etc. *Achotzii* apud *Schenkium*, Lib. III. de hydrope, obs. 4. et apud *Scholtzium* cons. 339. *Solenandri* cons. 15. Sect. V. *Riverii* Obs. communicat. ultim.

Physconia ab adipe subcutaneo, S. sp. 14.

a. *Simplex*, Cl. *Lieutaud.* Comp. med. *J. Mich. Fehr.* apud. *Bonet.* Med. sept. T. I. p. 636.

b. *Syphilitica*, observante celeb. *Fizes*.

Physconia ab excrescentia, S. sp. 15.

## G. LXXXIII. RACHITIS.

Caput magnum anterius maxime tumens; genicula tumida; costae depressae; abdomen tumidum; caetera marcescentia.

Rachitis, S. G. 294. L. 212. V. 312. *Sag.* G. 110. *Boerh.* 1480. *Hoffm.* III. 487. *Zeviani* della rachitide.

Variat,

1. Simplex sine alio morbo.

Rachitis nodosa, S. sp. 1.
Rachitis Britannica *, S. sp. 2. *Glisson* de rachitide.

2. Aliis morbis conjuncta.

* Minus recte pro diversis speciebus ponuntur rachitis *nodosa* et *Britannica*, cum non differant aliter quam morbus incipiens et confirmatus.

Rachitis strumosa, S. sp. 3.
Rachitis Polonica, S. sp. 5.
Rachitis elephantiaca, S. sp. 6.

Neque rachitis *calmucana*, S. sp. 4. neque rachitis *a castratione*, S. sp. 7. pro morbo haberi potest.

## O. III. IMPETIGINES.

Cachexiae, cutem et externum corpus praecipue deformantes.

Impetigines, S. Cl. X. O. V. *Sag.* Cl. III. O. V.

### G. LXXXIV. SCROPHULA.

Glandularum conglobatarum, praesertim in collo, tumores; labium superius et columna nasi tumida; facies florida, cutis levis; tumidum abdomen.

Scrophula, S. G. 285. V. 367. *Sag.* G. 121.
Struma, L. 284.

Species sunt,

1. Scrophula (*vulgaris*) simplex, interna, permanens.

Scrophula vulgaris, S. sp. 1.

2. Scrophula (*mesenterica*) simplex interna, cum pallore faciei, inappetentia, tumore abdominis, et foetore faecum insolito.

Scrophula mesenterica, S. sp. 4.

3. Scrophula (*fugax*) simplicissima, et tantum circa collum, plerumque a resorptione ex ulceribus capitis proveniens.

Scrophula fugax, S. sp. 2.

4. Scrophula (*Americana*) cum framboesia conjuncta.

Scrophula Americana, S. sp. 5.

Neque scrophula *periodica*, S. sp. 6. neque scrophula *Moluccana*, S. sp.

8. ad genus scrophulae pertinere mihi videtur.

## G. LXXXV. SYPHILIS.

Morbus contagiosus, post concubitum impurum et genitalium morbum, ulcera tonsillarum; cutis praesertim ad marginem capillitii, papulae corymbosae, in crustas et in ulcera crustosa abeuntes; dolores ostocopi; exostoses.

Syphilis, S. G. 3086. L. 6. V. 319. *Sag.* G. 126.
Lues venerea, *Boerh.* 1440. *Hoffm.* III. 413. *Junck.* 96. *Astruc* de lue venerea

Species unica,

Syphilis venerea, S. sp. 6.

Syphilis *Polonica*, S. sp. 2. nequaquam ad hoc genus pertinet, et de Syphilide *Indica*, S. sp. 3. nobis non satis constat, ut pro diversa specie ponatur.

## G. LXXXVI. SCORBUTUS.

In regione frigida post victum putrescentem, salitum, ex animalibus confectum, deficiente simul materia vegetabili recente; asthenia; stomacace; in cute maculae diversicolores, plerumque livescentes, praesertim ad pilorum radices,

Scorbutus, S. G. 391. L. 223. V. 318. *Sag.* G. 127. *Boerh* 1148. *Hoffm.* III. 369. *Junck.* 91. *Lind* on the scurvy. *Hulme* de scorbuto, *Rouppe* de morbis navigantium, Med. Trans. II. 18. 21. *Milman* on the Scurvy. *Ferris* de sanguinis per corpus vivum circulantis putredine, Ed. 1784.

Variat gradu.

*a.* Scorbutus incipiens.
*b.* Scorbutus crescens.
*c.* Scorbutus inveteratus.

Variat etiam symptomatibus.

*d.* Scorbutus lividus, *Nitzsch*, Theoret. pract. ab Handl. des Scharbockes, etc.
*e.* Scorbutus petechialis, *Nitzsch*, ibid.

*f*. Scorbutus pallidus, *Nitzsch*, ibid.
*g*. Scorbutus ruber, *Nitzsch*, ibid.
*h*. Scorbutus calidus, *Nitzsch*, ibid.

## G. LXXXVII. ELEPHANTIASIS.

Morbus contagiosus; cutis crassa, rugosa, aspera, unctuosa, pilis destituta; in extremis artubus anaesthesia; facies tuberibus deformis, vox rauca et nasalis.

Elephantiasis, S. G. 302. V. 321. *Sag*. G. 128.
Elephantia Arabum, V. 322.

Varietates sunt,

Elephantiasis Orientalis, S. sp. 1.
Elephantiasis legitima, S. sp. 2. *Lond. Med. Obs*. Vol. I. Art. 19. Soc. Royale I. mem. p. 161.
Elephantiasis leonina, S. sp. 3.
Elephantiasis Tyria, S. sp. 4.
Elephantiasis Alopecia, S. sp. 5.
Elephantiasis syphilitica, S. sp. 6.
Elephantiasis Javanensis, S. sp. 7.
Elephantiasis Indica, S. sp. 9.*.

* De Elephantiasi, Lepra, Framboesia, et Trichomate, utpote morbis a meipso nunquam visis, amplius statuere non ausus sum.

G. LXXXVIII. LEPRA.

Cutis escharis albis, furfuraceis, rimosis, aspera, aliquando subtus humida, pruriginosa.

Lepra, S. G. 303. L. 262. *Sag.* G. 129.
Lepra Graecorum, V. 320.

Varietates sunt;

Lepra Graecorum, S. sp. 1.
Lepra ichthyosis, S. sp. 2.
Lepra Indica, S. sp. 3.
Lepra Asturiensis, S. sp. 4.
Lepra herpetica, S. sp. 5.
Lepra malum mortuum, S. sp. 6.

G. LXXXIX. FRAMBOESIA.

Fungi, mori, vel rubi idaei fructus referentes, in variis cutis partibus enati.

Framboesia, S. G. 229. *Sag.* G. 125.

Varietates sunt,

Framboesia Guineensis, S. sp. 1. Edinb. Essays, Vol. VI. A[illegible] 71.

Framboesia Americana, S. sp. 2.

## G. XC. TRICHOMA.

Morbus contagiosus, capilli solito crassiores, in cirrhos et funiculos inextricabiles implicati.

Thrichoma, S. G. 311. *Sag.* G. 137.
Plica, L. 313.
Plica sive Rhopalosis, V. 323.

Species sunt,

Thrichoma cirrosum, S. sp. 1.
Thrichoma villosum, S. sp. 2.

## G. XCI. ICTERUS.

Flavedo cutis et oculorum; faeces albidae; urina obscure rubra, immissa colore luteo tingens.

Icterus, L. 224. V. 306. *Boerh.* 918. *Junck.* 90.
Aurigo, S. G. 306. *Sag.* G. 132.
Cachexia icterica, *Hoffm.* III. 301.

Species idiopathicae sunt,

1. Icterus ( *calculosus* ) cum dolore in regione epigastrica acuto, post pastum aucto, et cum dejectione concretionum biliosarum.

Aurigo calculosa, S. sp. 9. Edinb. Med. Ess. I. 33. II. 28. 29. Med. Trans. II. 10.

2. Icterus ( *spasmodicus* ) sine dolore, post morbos spasmodicos et pathemata mentis.

Aurigo hysterica, S. sp. 13.
Species quaedam, quae a SAUVAGESIO sub titulo Auriginis a venenis, recensentur.

3. Icterus ( *hepaticus* ) sine dolore, post morbos hepatis.

Aurigo hepatica, S. sp. 11.
Aurigo ab obstructione, S. sp. 6.
Aurigo purulenta, S. sp. 7.

4. Icterus ( *gravidarum* ) sub graviditate oriens, et post partum abiens. *Van-Swiet.* ad *Boerh.* Aph. 950.

Aurigo plethorica, S. sp. 5.

5. Icterus ( *infantum* ) in infantibus haud diu post natales oriens.

Aurigo neophytorum, S. sp. 12.

Icteri sequentes, siquidem recte icteri dicantur *, symptomaticae sunt,

Aurigo febrilis, S. sp. 1.
Aurigo febricosa, S. sp. 8.
Aurigo accidentalis, S. sp. 2.
Aurigo typhodes, S. sp. 10.
Aurigo rachialgica, S. sp. 14.
Aurigo a venenis, S. sp. 4.

Aurigo Indica, S. sp. 3. sive quarundam gentium color naturalis, nequaquam pro morbo haberi potest.

* Flavedo cutis oriri potest, vel a bile non, ut solet, excreta, sed in vasa sanguifera excepta, et inde subter cuticulam effusa; vel a sero sanguinis saepe flavescente, subter cuticulam, ut in ecchymosi, effuso. In quibusdam casibus, an flavedo cutis ab una vel altera illarum causarum oriatur, apud medicos non semper constat; sed tantum ex prima icterum genuinum, et ab altera morbum diversum, quique, quantum fieri possit, distingui debet, oriri censemus.

# CL. IV. LOCALES*.

Partis, non totius corporis, affectio.

Vitia ** S. Cl. I. L. Cl. XI. V. Cl. X. *Sag.* Cl. I.
Plagae, S. Cl. I. O. VII. *Sag.* Cl. II.
Morbi organici *Auctorum*.

## O. I. DYSAESTHESIAE.

Sensus depravati aut deleti, ex organorum externorum vitio ***.

* Fortassis aliquando ambiguum esse potest, utrum ad universales, vel ad locales, morbi quidam referri debent; de plerisque vero, utri classi referendi sint, satis obvium erit; et ex institutione hujus *Localium* classis, quamplurimos morbos rectius et facilius, quam in aliorum nosologorum systematibus, disponi posse contendimus.

** *Vitia* hic dixi, utpote sub hac classe *Localium* comprehensa; morbos vero multo plures comprehendit hic classis, ita ut vox *vitia* pro hujus synonymo nequaquam haberi potest, et idem de *Plagis* SAGARI dictum velim.

*** Vereor ne in sequentibus aliquando species recensuerim quae characteri ordinis non prorsus

res-

Dysaesthesiae, S. CL. VI. O. I. *Sag.* Cl. IX. O. I.
Hallucinationes, S. Cl. VIII. O. I. *Sag.* Cl. XIII. O. I.
Privativi, L. Cl. VI. O. III.

## G. XCII. CALIGO.

Visus imminutus, vel prorsus abolitus, ob repagulum opacum, inter objecta et retinam, oculo ipso vel palpebris inhaerens.

Caligo, S. G. 153. V. 288. S. G. 259.
Cataracta, L. 109.

Species sunt,

1. Caligo (*lentis*) ob maculam opacam pone pupillam.

respondeant, quasdam, scilicet, dysaesthesias quae ex organorum externorum vitio non pendeant. Hujusmodi species quidem aliquando recensui; sed paucae omnino sunt, et feci, quia species affines, et hic loci expectandas, separare nolui.

Cataracta *, S. G. 152. L. 109. V. 239.
*Sag.* G. 26.

Apud SAUVAGESIUM species sunt, verae vel spuriae:

Verae varietates sunt.

Cataracta vera, S. sp. 1.
Glaucoma Woolhousii.
Cataracta antiglaucoma, S. sp. 2.
Cataracta glaucoma, S. sp. 3.
Glaucoma *Maitre Jan.* et *St Ives.*

Spuriae varietates sunt,

